re: contorquens sinus: pāphiliā lambit. Sed cū Chelidoniorꝝ vsq͂ꝫ ꝑuenit: insulas Zephyri signū capit. Sūmitatē Pathareidos verticis detegēs a lōge. Ac rursus ad Boreā versus Aegeū efficit mare. Cuius cōfracti exitus sparsis insulis fluctus adeo & ipsi plærūq͂ꝫ strident: & fremūt: vt nullū aliud mare esse credat: qđ maiores efferat motus: neq͂ꝫ ꝑiculosiores: neq͂ꝫ qđ magis ab alto imurmuret. Tū vero ad Tenedū vsq͂ꝫ ꝓgrediēs tāq͂ ipsi postremū infigat pedē: & tante tedeat amplitudinis: obliuiscat͂ꝫ eius ferocitatē in angustū delapsum alueū: noua paulatim induit forma: & aliud sibi hac fortuna nomē acqrit. Nā neq͂ꝫ Aegeū amplius dicit: neq͂ꝫ Panphiliū: neq͂ꝫ Cilicū: sed Augustū mare: vsq͂ꝫquo ad hostiū Tracis Bosphori ꝑuenerit: quaterūt Io Iunonis mechā cū in bouē fuisset mutata: illius cōsilijs enatasse. Vnde & Bosphorō mare est appellatū: a bouis meatibus. Ac vbi primū in Augustū illū alueū ingerit: distractum paulatī ad Boreā demū intra vniuersā vsq͂ꝫ Propōtidē irrūpit: circa quā ꝓpe ex Asia gentes colūt. Verꝫ cū ad ipsū applicuerit: Bosphoron in angustiorē: lōge se contrahēs formā: angustissimū oīm illud efficit fretū: in q̄ etiā mirabile quoddam conspici tradit. Impudentes q̄sdā petras ꝑ medios fluctus errare: atq͂ꝫ intra se cū sonitu & murmure coniūgi copulariq͂ꝫ. Tū vero inde paulatim diffusū ad Orientē solē: paulopost in amplissimū distendit æquor: nōnulle ipsius etiā semitæ cōspiciunt: quæ ꝑtim ad Orientē versæ: ꝑtim ad Boreā inflectūt: quæ inē duo eminent ꝓmōtoria: ex vna vtraq͂ꝫ ꝑte porrecta: quorꝫ alterū ad austrū qđ vrget Carambū appellauit: Alterꝫ vero qđ Boreā vertit siue flectit. Europā versus a frōte Hirta & retorta: arietis frontis ipsum appellauit. Hæc etenī ꝓmontoria licet adinuicē e regione posita sint: atq͂ꝫ a longe videant de ꝓpe cohærere tantū: tñ inter se distant: autore Dionysio: etiā q̄tū possit in tribus diebus nauis ꝑcurrere. Tū vero inde conscindi hoc mare videt effici: quæ ꝑ simile emiciclo cuidā atq͂ꝫ vna quidē in pontū delabi. altera vero in meotim distēdi: qđ aūt mediū est: id certe Carambidis est: cuius ad dextrā recta ī pōtum ꝓficiscentibus aperit via. A leua aūt frōs illa arietis: quæ ab ea ꝑte erigit: & signū in Meotidē extollit: quæ cū in bicornē flectat formā: haud prorsus dissimilē artiū cornibus: nec ꝑ

Augustū mare

Bosphorō mare

perã id nõis est consecuta: nec frustra etiã in meothim õndit postq̃ illius vndis illidat̃ cõtinue. Hæc est palus illa: quã circũ incolunt Scithe: de q̃ꝝ moribus loco suo dicet̃. Q uã ue põti mr̃em appellãt: ob id maxĩe ꝙ multa in eũ inde effluat aq̃ di stracta potissimũ ex Cimerio bosphoro: atq ex multis aliũde locis: quæ adeo ex oĩmi parte paludẽ replet: vt nõ possit intra sua labra contineri.

Cimeri⁹ bosphoros.

DE FLVXV ET REFLVXV MARIS.

E illi⁹ itaq fluxu & refluxu maris minĩe prætereũdũ cẽseo. Scribit enĩ Solinus: ꝙ Oceani accessus incrementa circa litora Indiæ vehemẽtissime ꝓruũt: maxĩosq ibi exitus faciũt. Siue ꝙ suspẽsus altius eleuat̃ in calore: Seu ꝙ ĩ ea pte orbis et fontiũ: et fluminũ copia sit diffusior. Itẽ & Herculeũ mare: sole occiduo tãto subleuat̃ æstu: vt illius Adriaticus sinus nõ sit exps. Videdũ igit̃ ẽ: qb⁹ ex causis intumescat Oceanus: vel q̃re cũ supfluus sibi fuerit: rursus ĩ se resideat: Nec ĩ obscuro ẽ plura ꝑ ingenĳs differẽtiũ potius q̃ ꝓveritatis fide expssa. Sed ommissa ancipiti cõcurrentiũ q̃stione has opiniones ꝓbatissimas inuenimus. Phisici autũmãt mundũ esse aĩal: eũq ex varĳs elemẽtoꝝ corpibus cõglobatũ: Moueri spũ: regi mẽte: quæ ex vtraq diffusa p mẽbra oĩa æt̃næ molis vigorẽ exerceãt. Sicut ergo in corporibus nr̃is (inq̃t Solinus) cõmertia sũt specialia: ita ĩ ꝓfũdis Oceani: nares q̃sdã mũdi cõstitutas: p q̃s emissi anhelitus vł reducti mõ inflẽt maria: mõ reuocẽt. At hi q sideꝝ sequũt̃ disciplinã: cõtẽdũt meat⁹ istos moueri lunæ cursibus adeo: vt aq̃ꝝ plenitudo & defectus: respiciãt ad auctus eius: vel defectiões ĩ cornibus. Idẽ facit sol cũ crescit aut decrescit. Nã feruescẽte sole: vnda maris & feruet: sed si lõgius abscedit: ĩ suũ alueũ redit. Alĳ aũt dicũt hoc fieri impetu ventoꝝ: q cũ vehemẽtius spirauerint: maris vndas euertũt: quæ inflatæ terrã inũdãt: Quas causas et Lucañ. ipse in prĩo pharsaliæ suæ pabellæ tetigit dicẽs.

Ventus ab extremo pelagus sic axe volutat.
Destituatq ferens: an sidere mota secundo.
Thetios vnda vagæ lunaribus æstuet horis.
Flammifer an titan vt alentes hauriat vndas:
Erigat oceanum: fluctusq ad sidera tollat.

Quærite quos agitat mundi labor: at mihi semp:
Tu quæcũq; moues tam crebros causa meatus:
Vt supi voluere late.

DE SITV LIBIAE

Ostq̃ triptita tellure: ac de Oceani ipsius sinu & ambitu: tum etiã de illius finibus ac noim varietate et fluxu dixerim. Nũc de terræ situ ac forma dicendũ deinceps arbitor. Et prĩo a Libia incipiẽdũ. Libia igit̃ ad austrũ versa: & ad Orientẽ solẽ: mẽsæ psimilis: a Gadibus vbi sũmitas oceani al tior cõspicit̃: Initiũ capit: atq; in Arabicũ vsq; ptendit̃ mare. Eãq; regionẽ attingit: quæ cũ ad Asiæ extrema posita sit: æthiopes ptim qdẽ: ptim & erembos parit. Hæc eni cũ homines gignat vario colore maculatos. vt pardi: magna siqdẽ ex sui pte siticulosa ẽ admodũ & Aspa regio: nigrisq; passim q̃si qbusdã obtecta squamis. Et inaccessibilis ĩ auiæ solitudĩs secretũ accessit. Diris vultib⁹ incolæ solis ortũ excipiũt: vstiq; vndiq; torrẽtis plagæ sidere: oderunt deũ lucis: penitusq; ab aĩalibus abstinẽt: sicut Troglodítæ. Specus excauãt: illis tegũt̃: de qbus latior sermo futurus ẽ. At reliquus ipius Libiæ tractus q vsq; ad Herculis extẽdit̃ colũnas: longe hũanior & lætior est vbertate: Vbi sinuoso meatu æstuariũ e mari fert̃: adeo flexuosis lateribus tortuosũ: vt visẽtibus pcul lapsus angueos: facta vertigine (vt inqt Solinus) mẽtiat̃. Itaq; qd' hortos appellauere circũdat. Vñ pomorꝝ custodẽ interp̃tantes: struxerũt iter ad fabulã. Vbi insula insinuata sinubus aluei recurrẽtis: in qbusdã æq̃ris spiris: præter arbores oleastri siles & arã sacrã Herculi: nil præfert qd' ppaget vetustatis memoriã Verꝝ hinc Atlas mõs e media arenarꝝ cõsurgit vastitate: et eductus ĩ viciniã lunaris circuli: vltra nubila caput tẽdit: quæ ad Oceanũ extẽdit̃ (cui a se nomẽ dedit) manat fõtib⁹: næmorib⁹ ĩhorrescit: rupibus aspat̃: sq̃let ieiunio: humo nuda: nec herbida: q̃ Africã spectat ẽ opimus: nascẽtibus sponte frugibus arboribus pceries opacissimus: q̃rꝝ odor grauis comæ cũ p̃ssis siles. Vestiũt̃ lanugĩe: sericis velleribus nihilo viliore. In eo latere: & herba Euforba copiosa: cui⁹ succ⁹ ad multiplex pfuit præsidiũ sanitatis: ad oculariãq; p̃cipue sanitatẽ Nec me

Libia siue africa

Atlas mons

Euforbia herba.

diocriter propellit vim ventorum. Vertex semper niualis rigidisq; horret pruinis. Cuius rei non nescius erat ille diuinus Maro: cum inquit: Atlãtis dura Aeolum qui vertice fulcit. Atlantis cinctum assidue: cui nubibus atris Piniferum caput: & vento pulsatur & imbri. Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento. Praecipitant senis: & glatie riget horrida barba Saltus eius quadrupedes ac serpentes ferae: & cum his elephanti occupauere. Silet p diem vniuersus: nec sine horrore secretus ẽ. Lucet nocturnis ignibus: choris Satyrorũ Aegypanũq; bacchantium vndiq; psonatur. Audiuntur & cantus tibiarum: & tinnitus cimbalorũ per orã maritimã. Atq; (vt ait Pomponius mela) pro constanti habitum est illos Faunos esse bicornes ac Satyros. Haec de Atlante: quem mauri Adderim nominant: q (vt Strabo in. 17. memorat) q̃uis vberem regionem inhabitẽt tamen ad hoc vsq; tempus magna ex parte pastoraliter viuũt. Cincinnis exornantur & barba: & auro: & tersura dẽtium: & vnguium cultu. Pugnant frequentius ab equo hastati. Equis nudis vtentes: & iunceis frenis: Gerunt etiam gladios. At pedites elephantum pellibus pro clipeis se protegunt. Leonum & vrsorum pelles induunt: & dormientibus substernunt. Et

Massel*ij*

sequentes Massel*ij* vnius sunt cultus: paruis equis vtentes & celeribus: & obtemperantibus adeo: vt sola virgula gubernẽtur. Equi collaria ex ligno habent: aut pila confecta: E quibus

Mauritania tingitana

habena dependet. Mauritania tamẽ Tingitana (auctore Solino) quae solsticiali plagae obuia est: qua ad internum porrigitur mare: exurgit montibus septẽ: qui a similitudine frates appellati: freto imminent. Hi montes elephantes frequentissimi sunt. Perhibẽt a principio hoc animantiũ genus discrete & iuxta sensum humanum intellectum habere. Memoria pollent

Elephantũ natũa

elephanti. Siderum seruant disciplinam: Luna nitescente: gregatim amnes petũt gelidos. Mox aspsi liquore: motibus q̃bus possunt: solis exortũ salutãt: deinde in saltus reuertũt. Duo eorum genera sunt: Nobiliores indicat magnitudo: minores nothos dicũt. Cãdore dentiũ intelligit iuuẽta: quorũ alter semp ĩ ministerio est: alteri parcit: ne hebetatus assiduo repcusso: minus vigeat. Si fuerit dimicandum cum venatu: praemunt pariter: confligunt vtrosq;: vt Eborem danato: non requirantur.

Hanc enī causam sibi inesse periculi sentiūt. Aberrāt agminatim: natu maximus ducet agmē. Aetate proximus cogit seqn tes. Flumen petituri minimos antemittūt: ne maiorū ingressu alueum atterant & ꝓfundos depressis vadis gurgites faciant. Venerē ante annos decem fœminæ: ante quinq; mares nesciunt: biennio coeunt: non prius ad gregariū numerū reuersuri: q̄ viuis abluant̄ aqs: Propter fœminas nūq̄ dimicant: nulla enim nouerunt adulteria: Inest illis clementiæ bonum. Quippe si p deserta vagabūdū hoīem forte viderint: ductus vsq; ad notas vias præbent: Vel si consertis pecoribus cursitant: itinera sibi blanda: & placida manufaciunt: ne qd' obuium animal interimant. At conflictu fortuito si quādo pugnat̄: nō mediocrem habent curam sauciorū: nam fessos vulneratosq; in medium receptant. Cum captiuate venerint in manus hominū: mansuescunt hausto ordei succo. Maria transmeaturi naues non prius subeūt: q̄ de reditu illis sacramentū luat̄. Indicos elephantes mauritani timent: & quasi pnicitatis suæ cōscij: aspnantur ab his videri: nō annis decem vt vulgus: sed biennio vt Arestotiles diffinit grauescunt. Nec amplius q̄ semel gignūt: nec plures q̄ singulos: viuūt ī ānos tricētos. Impatiētissimi frigoris: truncos edūt: lapides hauriūt: gratissimas in cibatu pal mas habent: Odorē muris maxime fugiunt. Durissimmū de dorso tergum est: ventre mollius: setarum hirsuciæ nulle: sed de his hactenus. Mauritaniæ ꝓpinqui sūt numidæ: qui q̄diu errāt pabulationibus vagabūdis Numades dicti sunt. Numidi vrsi forma cæteris præstant inqt Solinus Insidiant̄: alphearibus apum: maxime fauos appetunt: nec auidius aliud q̄ mella captant. Cum gustauere mandragore mala moriunt̄: & formicas deuorant ad recuperandam sanitatem. Siquando thauros adoriuntur: sciunt quibus potissimū partibus immorentur: nec aliud q̄ cornua aut nares petunt: Cornua quidem vt pondere defatigentur: nares vt acrior dolor sit. Omnis hæc regio finibus in zeugitanū limitem desinit: qua parte siluestris est: feras educat: qua magis ardua equos alit. Eximio aūt mar more prædicatur: hæc Solinus. Deinde Massesiliorum gentes agreste quidem hominum genus: quibus nulla prorsus esse cognitio colendi agri dicit̄: nec vllus aratri vsus: sed p densissi

De Elephātib⁹.

sacramē tū pign⁹ spōsiōis

Nūide

Massesilij.

mos saltus errātes: ferarꝝ more glandibus veterū more & ve-
Cartago natione vesci. Verū his proximi sunt Carthaginenses: quorꝝ
ciuitatē ferūt olim a Didone cū ex Phœnitia Pigmalionē ger
manū verita: qui Sicchæū eius maritū ad aras trucidarat di-
scessisset: ad mēsurā pellis bouinæ cōditā extitisse: quā inqt
Strabo in.17. In ambitu habuisse stadiorꝝ tricenta & sexagin-
ta muro cinctā. Cuius sexaginta stadiorꝝ lōgitudinē iugum
occupat. In media vero vrbe arx fuit: quā Birsam vocarunt.
Huc pius ille Aeneas in Italiam soluturus: ꝓcellarꝝ tempesta
te iactatus: reginæ tot amoris præbuit flāmas: vt nedū pudi
citiā: verū & dulcē lucē ex suo digressu habebat exosā. His
deinde adiacent in hospitales Syrtes duo sinus Africani ma-
Sirtes. ris dispari magnitudīe: sed pari periculo. Dictæ a potu siroo
id est traho. Vento enī trahunt arenæ: vnde & idē locus mul
to vadosus fit: accedente arenarꝝ cumulo: vbi etiam æstuan-
te Tyrrheno cum cedere iam incipit: tanta plærūq; conflata
congeries (inqt Anthonius) conspicit: vt ingētes quædā mo
les illuc allatæ a fluctibus videant. Solinus eas inaccessas va
dosum ac reciprocū mare efficit. Cuius sali defectus vel in-
crementa haud promptū est dephendere. Ita incertis moti-
bus nūc in breuia rescindit: dorsuosa nūc æstibus inūdat in-
getis: vt Varro auctor est. Per flabilē ibi terrā vētis penetrā-
tibus subitā vim spūs citissimi aut remouere: aut resorbere.
Sirtis mi Est aūt & maior Syrtis & minor. Minor lotū cibū suauē ꝓdu
nor. cit: & illarꝝ inter ꝓpe mediū ciuitas vna condita est: quā olim
Meapol' græci Meapolim dixere: sed a Lothophagis habitatā: quā q-
dē gentē ferūt hospitibus ꝑbenignā ac clemētē extitisse. Eāq;
olim errantē Vlyssem ꝑhumane ac comiter excepisse. Siccā
regionē auctrore Strabone in decimoseptio incolūt. Lothon
edūt herbā quandā & radicē: qua comesta nihil potu indigēt
Lothos Lothos arbor multa est apud eos fructu suauissimo: circa qꝝ
arbor regionē habitacula quædā ꝓpe deserta cōspiciūt Perditis ꝑr
sus nasamonijs ab Ausono Iouis filio: q antea ea loca coluere
Asbitæ His Asbistæ adiacēt: q auctore Solino Lasere viuūt. Hoc alū
populi. tur: hoc illis dulce est: hic illud vulgatissimū Libici dei corni
geri Ammōis templū liberi patris munere ē institutū. Qui
dum per aridam Libyam exercitum duceret: hiulcaq; labo-

raret siti: opemq́ʒ a Ioue patre petijsset: ferunt vates in medi Ammō
is arenis arietem apparuisse: terram cornibus effodientem:
Indeq́ʒ gelidum emanasse fontem: cuius vndas Liber cum
exercitu depositurus sitim: dum potaret Ioui delubrum cō
didit: quem Ammonē vocarunt: id est arenarum: nam
arena græce dicitur. Post Syrtim maiorē sequitur Cyrenai Cyrene.
ca regio: quæ & pētapolitana est: Ammōis oraculo celebra
ta. Ibi quinq́ʒ ciuitates egregiæ: Beronice: Arsinoe: Ptholo
maida: Apollonia: & Cyrene. Hæc Marcianus capella. Tū
Cyrene ciuitas bonoꝶ quidē equorū parēs: auctore Diony
sio. De q̄ inqt Strabo in. 17. Cyrenæ vrbs maxima: octoginta
stadioꝶ: in campo iacet adeo edito: vt ex mari eā videremus
Eā a Batto ferūt cōditā. Fructus fert optimos. Ea viros claros
q́ʒplurimos habuit: q īminētibus Barbaris: optime resistere
potuere. Aristippus socraticus cyrenaicā instituit phīam. Ca
lymachus q̄q́ʒ cyreneus fuit a Eratostenes: ambo ab Aegy
pti regibus in honore habiti. Alter poeta simul & gāmaticæ
studiosus. Alt̄ & in his & in mathematicis præstātissimus. In
terra Cyrenaicæ regionis: inqt Solinus: plurimæ qdē bestiæ
sunt: sed prīcipatū leones tenēt. Eadē Africa onagros habet:
serpētibusq́ʒ fæcūdissima ē. Basiliscū creat malū in terris sin Basilisc9
gulare: nec hoīm tantū: nec aliorū animantiū exitijs datus:
sed terræ quoq́ʒ ipsius quā polluit & exurit. Extinguit herbas
necat arbores: corrūpit auras: ita vt in aera nulla auium im
pune transuolet: infecta spiritu pestilēti. Cum mouetur: me
dia corporis parte serpit: media arduus est & excelsus: sibu
lum eius etiam perhorrescunt serpentes: qui plurimi perhi
bentur a vatibus esse nati de cruentis guttis Gorgonei capi Mœdu
tis: qd' Perseus victor sup libycas pendebat arenas. Vulgus se. caput
simearꝶ hic est: quas passim videmus non sine ingenio æmu
landi: quo facilius in manus veniunt exultāt. Noua luna tri
stes sunt: Cornuto & cauo sidere iuxta Cyrenaicam regio
nem Marmaridæ degunt: ad Aegyptum respicientes & Ge Getuli.
tuli asperi & inculti: quibus (vt inquit Salustius) caro ferina
est cibus: atq́ʒ humi pabulum veluti pecoribus: quorum la
teri adhærent Nigretes: Post hos Pharusij: Qui vt scribit Nigre tes
Strabo Aethiopis vicini: Hesperijs sagittant Aethiopum: Pharusij

more falcatis vtunt curribus. Miscentur nonnumquam mauris Pharusij per deserta aquarum: vtres aequis portant & plurimi troglo ditarum more sub terrae specubus degunt. Aestiuis imbribus abundant. Hyeme siccitate laborant. Nonnulli ex his barbaris serpentum ac piscium coreis pro indumentis & stramentis vtunt. Nec longe a Pharusijs Garamantes: quorum locus autore Strabone: Oriçam fert: & Silphium. Solinus. Garamantum oppidum est Debris fonte miro: qui alternis vicibus die frigeat: nocte ferueat. Incredibili memoratu: vt tam breui temporis curriculo natura tam dissonam sui faciat varietatem. Idque qui percontari velit in tenebris inesse fluori illi perpetuam facem credat. Qui rimetur die brunales scatebras: numquam aliud existimet quam perpetuo rigore. vnde non immerito pergentes Debris inclita est: cuius aquae & coelesti vertigine mutant qualitatem: quis controuersa siderum disciplinam: Nam cum mundum a calore Vesper temperet: ab occasu ita incipit calescere: vt in in tactu abstineas: noxium sit tetigisse. Rursus cum ortus solis incanduerit: & radijs feruefacta sunt omnia sic euomit scaturigines: vt hauriri etiam a sitientibus: nequit. Quis ergo non stupeat fontem: qui frigore calet: calore friget? Armenta gentis huius obliquis ceruicibus pabulantur Nam si recta ad pastum ora dirigant: officiunt: ledunt prona in humum cornua. Garamantici priuatim matrimonia nesciunt: Sed omnibus vulgo in venere licet. Inde est quod filij tantum matres recognoscunt: nam paterni nominis nulla reuerentia est: & ideo degeneres habent. Postremi vero omnium aethiopes ad ipsum oceanum coniecti: qui feruentis sideris vicinitate pusti candentem prae nigredine gerunt cutem sanguine ad extima reuocato: aestiui solis gratia hi inauiae solitudinis secretum recesserunt: diris vultibus solis ortus excipiunt: vstique vndique torrentis plagae sidere oderunt deum lucis. Vltimae Libyae oram tenentes: penitus ab animabus abstinent: specus excauant: illis tegunt: nullus ibi habendi amor a diuitijs paupertate se abdicarunt: voluntaria carnibus aliqui viuunt serpentum: ignarique sermonis strident potius quam loquunt. Foeminas suas primis nuptiarum adulterijs cogunt patere: mox ad perpetuam pudicitiam legibus stringunt & eos qui vicina rubro mari incolunt: aiunt trunca nasci parte: qua caput est: Os tamen & oculos habere in pectore. Strabo au

Garamantes

Debris fons

Garamantici conubia nesciunt

Aethiopes

strum versus troglodítæ: Blemies & Nube & Magabari sunt Nube
supra Syenem æthiopes. Hi magna ex parte nudi incedentes Blemies
pastoralem ac durã vitam degũt: Virgilio teste. Aethiopũ ver Troglo-
semns oues sub sidere Cancri. Et eorum pecora parua sunt: vt dytæ
aues: capræ: boues: canesq; pusilli: asperi tñ & pugnaces: & Magaba
fortasse ad horũ paruitatẽ pigmei conficti sunt. Viuunt ex mi ri pp̃li.
lio & ordeo: ex quibus potum efficiunt: butirũ qđ & ipsi pro
oleo habent: Poma non habent præter palmulas: atq; eas per
paucas ĩ hortulis regijs. Nõnulli herba alunt̃: & ramis tenellis
& Lotho & calami radice. Reges colunt vt deos. Regni caput
est Meroe ciuitas: eodẽ nomine: quo & insula ea montes fre- Merœ
quentes habet. Et næmora quæ inhabitant partim pastores: insula
patim vænatores: ptim agricolæ. Venant̃ elephantes leones: Nili
& pardales dracones habent: qui cum elephantis pugnant: &
plurimaꝝ ferarum genera quæ a tostis & arids locis ad palu-
stria & aquosa confugiunt: temperiei gr̃a. Vltra Merœn sup̃ Aethio-
exortũ solis æthiopes sunt: dimidior eoꝝ protensior est q̃ nr̃a pes lon-
vita: Hi iusticiam colunt: amant æquitatẽ. Plurimũ valent ro- ge vitæ
bore. Ornant̃ ære. Auro vincula faciunt. Est ibi lacus: quo p-
fusa corpora nitescunt. Ex hoc lacu potus saluberrimus: sane Liqdissi
adeo liquidus: vt ne caducas quidẽ vehat frondes: sed ilico fo- mus fõs.
lia lapsa ad fundum demittat laticis tenuitate. Vltra hos deser
tæ inhumanæq; solitudines adusq; arabicos sinus. Deinde in
vltimis Orientis monstruosæ gentiũ facies. Aliæ sine naribus
æquali totius oris planitie. Informes habent vultus. Alijs cõ-
creta ora sunt: modicoq; tantũ foramĩe: calamis auenaꝝ hau-
riunt. Nõnullæ linguis carent: inuicem sermones vtentes nu- Mõs ar-
tibus. A meridiana parte mons editus mari imminet: igne p- dens
æternũ feruidus: & inquietis ignis æstus. Hic draconum ma- Dracões
gna copia: Porro feris draconibus ora parua sunt: & ad mor-
sus non dehiscentia: sed arctæ fistulæ p quas & trahũt spũs: &
linguas exerunt. Quippe non in dentibus vim sed in caudis Dracõi-
habent: Et verbere potius q̃ rictu nocet. Excidit̃ e cerebris la- as lapis
pis Draconias: sed lapis nõ est: nisi detrahat̃ viuentibus: nã si Arma
obeat prius serpens: cũ anima simul euanescit: & durities so- ætiopũ
luta. Aethiopes arcubus quadricubitaribus ligneis ac pustis & eoꝝ
vtunt̃. Armãt̃ etiam mulieres: quaꝝ plæræq; oris labiũ æneo mores.

circulo traiectum habent. Deos putant alterum immortalem: alterum mortalem. Immortalem quidem eum qui rerũ omniũ causa est. Mortalis vero apud eos incertus est: & nomine caret. Sed frequentius eos a quibus beneficium acceperunt. Et reges pro dijs habent. Mortuos alij in flumen præcipitant. Alij circumfuso vitro domi seruãt. Alij in fictilibus alueolis eos circum templa defodiũt. Verum e regione vbi Blemij colunt: rupes quædam exurgit: ex qua delabitur Nilus: qui cum ad æthiopes Orientem versus fluat ab eis Syrus est appellatus. Cum vero ad Syenem ciuitatem vsq; peruenerit: ab illius incolis Nilus inceptus statim est vocari. Inde vero in Boream versus multasq; tandem per partes diuisus ostijs septem in mare deuehitur: vniuersum irrigans ægyptum mirabili vbertate. Tibullus. Te propter nullos tellus tua postulat imbres. Arida nec pluuio supplicat herba Ioui. Nec profecto quispiam est fluuius in orbis parte: qui aut magnitudine: aut aquarum copia: vel vtilitate possit cum illo conferri. Is (autore Plinio in libro septimo) Incertis ortus fontibus per deserta &: ardentia: & immensum longitudinis spacium ambulans: fama tãtum & inermi quæsitu cognitus: siue bellis quæ cæteras omnes terras fere in ventre. Lucanus. Archanum natura caput nũ prodidit vlli. Hoc & Solinus asserit. Incerto pene decurrit fonte: varias incrementi eius annectendo causas. Ignari siderum vel locorũ inquit varias de excessibus eius dedere causas. Alij affirmant Ethesias nubium densitatem illo cogere. Vnde amnis hic auspicatur: ipsumq; fontem superno humo sublatum: tantam inundationis habere substantiã: quantum bibula ad liquorẽ nubila subministrarint. Ferunt alij quod ventorũ flatibus repercussus: cum fluorem solitæ velocitatis non queat promouere: aquis in arcto luctantibus intumescat Et quanto intensius controuersi spiritus repugnauerint: tanto excelsius sublimari in altitudinis vertices repercussam celerieatem. Nõnulli affirmant fontem eius qui Fialus vocatur: siderum nutibus excitari: extractumq; radijs cãdẽtibus coelesti igne suspendi. Verum omnem excessus originem de sole fieri: primãq; exultantiam tumoris concipi: cum per Cancrum sol vehatur. Postmodum triginta eius partibus euolu

Reges pro dijs hñt

Blemij

Nilus.

tis: vbi ingressus Leonem: ortus suos excitauerit: Propulso omni fluore: tantam vim amnis erumpere: ꝙ tempus sacer- dotes natalem mundi iudicarint. Deinde reuocare exitus vni uersos: cum in Virginem transeat. Penitusq; inter suum alue um capere cum Libræ pondera contigerit. Inquit tamẽ Stra- bo: ꝙ antiqui coniectura posteri etiam visu ipso cognomine: Nilum ipsum ab æstiuis imbribus augeri: cũ supetior æthio- pia in vltimis montibus diluertur. Imbribus aũt cessantibus paulatim inundationem cessare: quæ res his maxime patuit: qui in Arabicum sinum nauigarunt: vsq; in Cinamomi re- gionem. Tradunt etiam Eratoitenem dicere: æstiuos imbres causam esse: Idq; ab Arestoteli sumpsisse. Arestotelem vero a Trasialco: qui vnus ex antiquis erat philosophis. Trasialcũ vero ab alio: atq; illum ab Homero: qui Nilum cœlestem di- xit. Rursus ad ægypti cœlestem nauigat amnem. Is fluuius cæteris fertilior fæcundiorq;: vt idem Strabo asserit. Magna producit animalia: Nec mirum dum profundo sensu philoso phiæ seq̃mur præcepta: latẽtesq; naturæ causas ꝑcontabimur Recens namq; tellus fluuialibus irrigua: limphis: feruentiq; solis calefacta radio: in futuræ prolis generationem prona est ob aquatici humoris & caloris temperiem nõ mediocrẽ: quæ gignendis præest rebus. Nemo igitur diuinæ philophiæ alũ- nus inficiabitur animalium illic fore generationem. Aiunt enĩ terrarum cultores: dum glebas vomere proscindunt: plurima animalia imperfecta licet: in auras vna cum versis agrorum glebis subleuare. Ouidius. Plurima cultores versis animalia glebis. Inueniunt: & in his quædam modo cepta ꝑ ipsum: Na scendi spacium quædam imperfecta suisq;. Trnnca vident hu meris: & eodem corpore sæpe. Altera pars viuit: rudis est ꝑs altera tellus. Phytonẽq; anguem diram mortalium luem hinc procreatum: & appoloneis telis deniq; confixum. Ouidius Phytia perdomite serpentis nomine dictos. Cocodrilum (vt inquit Solinus) Nilus fouet: qui linguam non habet. Morsus eius horribili tenacitate conueniunt: stipante se dentium se- rie pectinatim Plærumq; ad triginta vlnas magnitudinis eua lescit. Aequalia anseris edit oua: rimatur locum ꝓ nido: natu- rali prouidentia. Nec alibi fœtus præmitur: quam quo cre-

Nil⁹ magna aĩa- lia pro- ducit.

Nil⁹ Phitonẽ ge- nerat.

Coco- drilus.

scentis Nili aquæ non possunt ꝑuenire. Armatus etiam est vnguium immanitate: noctibus in aqua degit: ꝑ diem humi acquiescit: circumdatur maxime cutis firmitate intantũ: vt ictus quouis tormento adactos tergo repercutiat: A supersticiosa illa gentilitate plurimo cultu veneratus. Iuenalis.

delphini

Aegyptus portenta colit: Cocodrillus adorat. Et est delphinum genus in Nilo: quorꝫ dorsa serratas habent cristas. Præterea habitant in insula Nili homines forma exigui: sed audacia magni: vt cocodrillis sese offerant obuios. Nam hæc mõstra fugientes: insequunt̃: formidant resistentes: ergo capiuntur perdomiti: metu itaqꝫ obseqnunt̃: vt immemores atrocitatis victores suos in dorso vehant: In aqua obtusius videt̃ in terra accutissime. Hieme nullum capiunt. In ripa Nili est puteus quidã ex integro structus lapide: in quo & maxima & minima & mediocria Nili incremẽta adnotantur. Nam putei aqua cum Nilo pariter crescit & decrescit. Sũtqꝫ in putei pariete notæ quædam incrementorum omniũ mensuræ. Hæc itaqꝫ obseruantes cum aliis notant: vt incrementa noscant. Nã ex his signis ac diebus multi ante futuram Nili excrescentiã cognoscunt. Idqꝫ omnibus prædicunt: quæ res profecto agricolis ad aquarum conseruationes & Aggerum & Canalium effossionũ vtilissima est. Maiora enĩ incremẽta maiores denunciãt ꝓuentus. In arboribus quas sola fert Aegyptus: præcipua est ficus ægyptia: foliis Moro comparãda. Vno anno septies fructum efficit: qui sicomorum dicitur: vt inquit Strabo. Vt ad ea redeamus vnde diuertimus. Ipse Nilus est qui Libyã seiũgit ab Asia. Ad aphricam quidem seu ad austrum Libyam relinquẽs: & ad Orientem Asiam. Ipsa enim est Aegyptus quæ semper summos viros ingenii acrimonia ꝓduxit. Aegytios enim primos fuisse tradunt: qui viuendi formam morũqꝫ disciplinam præstiterunt: primosqꝫ omnium aratrum inuenisse terrãqꝫ sulcasse: ac semine iniecisse. Opus enĩ fuit (inquit Strabo) tam diligenti ac subtili locorum diuisione. propter continuas finium diuisiones: quas Nilus auctus efficit: nunc addẽdo: nunc adimendo: nunc immutando figuras & signa quædam releuando: quibus proprium discernitur ab alieno. Vnde iterum atqꝫ iterum mensurari oportebat: donec ab his geo

Hoĩes parui

Puteus inũdationis præsag⁹

Ficus ægyptia

Egypt⁹ æria

metriam ortum habuisse ferunt, creduntq́: quemadmodum computandi scientiam: & Aritmethicam a phœnicibus propter mercaturas. Ferunt etiam eos primos: qui cœlum radio fuerint dimensi. Et solis ipsius labores: aliorumq́ siderum vagam vertiginem exogitarunt. Quoniam nullus ibi vapor in nubē cogit: verum æstu partium patit̄ dissolutionē. Quapropter & astra semp̄ eis sunt serena & aperta: quorum mirabili meatu suspensi: siderum disciplinā: & primi nobis tradiderunt. Non enim ex irrito & vano philosophi nostri ꝓdit dictum: Sacerdotes in Aegypto: ꝓpter admirari cœperunt phiłoçophari. Inquit enim Solinus: Aegyptum incolunt populi: quo momentū: quo reparari mundū ad motus ferunt: annuo hoc studio deprehendūt. Eligit̄ sacer lucus: in quo conseptant diuersi generis animalia. Eo vbi ad statutam lineam cœlestis vertigo profecta est. Sensus suos sertionibus produnt quibus possunt. Alia hululant: alia mugiunt. Quædā strident: quædā rudiunt. Hoc argumentū llis est magisterium ad iudiciū temporis dependi: Ex quibus omnibus ipsa regio (inquit Anthonius (haud mediocrē laudem consecuta est. Neq́ præterea vlla alia est: quæ illam rerum omni vbertate superet: neq́ quæ ad pabulandū sit fertilior: neq́ quæ vincat illā excellētia ædificiorū & magnitudie. Cuius forma extremis cōstat lateribus bus: Ampla quidē ad Arcton: sed ad Orientē angustior: Porrigiturq́ vsq́ ad Syenem: in qua puteus (Strabone auctore) quidā æstiuū indicat solsticium: quoniā hæc loca circulo Tropico sunt subiecta: & in meridie vmbilicū faciūt sine vmbra. Græcis ī meridiem euntibus hic primū sol supra verticem fit.

Geometriā ægyptij inuenerunt. arithmeticā Phenices inuenerunt. Aegipti Astronomā. Mundi initium dep̄hēdūt sacerdotes. Syene

Lucanus in nono.

Hic quoq́ nil obstat phœbo cū cardine sūmo.
Stat librata dies: truncū vix ꝓtegit arbos.
Tam breuis in me dium radijs impellit̄ vmbra.

Vallata insup̄ Aegyptus vndiq́ binis montibus: quoꝝ p̄ medīū defluit Nilus. Ipsa est quæ olim plures clarissimos ac præpotētes peperit viros: ac tot principes extulit: & potissimū ꝙ vetustissima illa Thebe centum p̄ portas digesta in gloriosissimam lucem protulit. Vbi olim ferunt Memnonem illum regem perspicacissimū suam ex Oriente aurorā salutasse. Ver-

Thebe ægypt⁹. Memnō

sus tamẽ paludem Sarbonida ad Zephyrum sita est ciuitas il
Alexandria — la: quæ olim ab Alexandro Macedonum rege condita phibe-
tur. Vbi etiam templum extat mirabile illud Iouis sinopite
Iupiter Sinopista — famosissimũ quidem ac preciosissimum: varijs metallorũ ge-
neribus elaboratum. Quo ferunt nullum vnq̃ in terris vi-
sum maioris excellentiæ: neq̃ maiori admiratione dignum:
nec vllam ditiorem ciuitatem: neq̃ omnibus in rebus fortu-
natiorem. Vnde a longe quoq̃ venientibus: speculæ illæ vul
Palene mons ægypti — gatissimæ conspiciunt speciosæ paledinis. Tum vero ad Ori
entem versus iuxta Casiotidis rupem Pelei oppidum erigi-
tur. Cuius incolas ferunt adeo nauigandi peritos: vt cæteris
Cassiotis mōs — libycis non humani sed diuini iudicentur. Nam inquit Stra-
bo deseipso. Traiecimus ĩ insulã super Pactone delati. Pactō
enim est scaphe genus ex virgis ita compositũ: vt textile qd-
dam videat. Stantes itaq̃ in aqua vel in asseribus sedentes: fa
cile transmisimus: nihil omnino metuentes. Sũt enim sine pe
riculo, nisi scapha nimis impleatur. Et hi ad hostia septempli
cis Nili positi sunt. Alij præterea passim populi & gentes q̃
plurimæ: quarum quædam ad Oceani litora sunt deiectæ:
Tritō lacus mediæ libiæ — permultæ etiam circa Tritonidos lacus ripas colunt: qui per
medium quoq̃ Libyæ delabens: in pontum vsq̃ perfundit.

DE SITV EVROPAE.

n Vnc ad Europæ situm sermo noster flectendus est: cu
ius quidem forma non multũ differt: nisi q̃ ad septen-
trionem versa: rursus ad Orientem eodem modo re-
flectitur: & finẽ attingit australis Libyæ: Atq̃ ambe in Asi-
am æquese habent. Hæc quidem extremũ ad Boream vestigi
um tenens: Illa vero ad austrum. Verum vt de eius apertiori
forma dicamus. Ipsa eiusmodi sita est: vt ĩ eius frõtibus qua-
si cuiusdam coni figuram facere videatur. Cum ad occiden-
tem solem exacuatur: q̃ maxime & ad Orientem versus am-
plissime dilatatur. Id æque ipsius fines quales sunt: & quorũ
progrediantur: quasue ipsæ gentes & nationes intra contine
ant: facilius aperietur. Itaq̃ a supremo ipsius latere incipiam
Hispani quoad vsq̃ ad Herculis protenditur columnas. Iberi primi ea
seu Iberi loca tenent: genus quippe hominum elatissimum & ditissi-

mum: de quorum regione inquit Solinus. Plaga comparanda optimis: nullis posthabenda: frugum copia: siue soli vbere: siue vinearum prouentus: siue arborũ respicere velis: omnium materia affluit: quæcũq; aut precio cara: aut vsu necessaria: miri marmoris gemmarũq; muneribus cõspicua. Argẽtum vel aurũ si requiras habet: Nihil in ea ociosum: nil sterile non coquũt ibi sales: sed effodiũt. Ibi Tagum fluuium ob arenas auriferas cæteris amnibus prætulerunt. Ouidius. Hispani siue Iberi ab Iberos fluuio dicti Tagus fluuius

Cedant carminibus reges regũq; triũphi.
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Strabo libro tertio. Hispaniæ maxima ex parte incultus est ager: Nam rupes & saltus: & loca siluestria: campiq; tenuissimæ telluris: neq; huius plane irrigua pars magna est: quæ spectant in Aquilonem prorsus frigida: niue insuper asperitatis & Oceano semper obnoxia. Quæ vero ĩ austrum vergit: vniuersa fere fœlix eximiæ præsertim qua extra columnas porrigitur. Aurum: argentum: ferrum nullibi terrarum neq; tantũ neq; tam probatum generari hactenus compertum est. Aurũ enim non solum ex metallis effoditur: Verumetiam fluit. Flumina namq; & torrentes pluuialibus aucti vndis: auream deferũt harenam. Puteos quoq; effodiẽtes: & alia per solertiam tractantes artificia: lauandis harenis aurũ excerpũt. Pluresq; hac ætate sunt: qui aurum eruant ꝙ qui effodiant. Tum vero ad Boreã versus Britanni occupant. Solinus. Finis erat orbis ora gallici litoris: nisi Britannia insula qualibet amplitudine nomen pene orbis alterius mereretur. Octingentis enĩ & amplius milibus passuum longa porrigitur Hibernia ei proxima magnitudine inhumana est: ritu incolarum aspero: alias ita pabulosa: vt pecuaria nisi interdũ in æstate a pastoribus arceantur in periculum: agat saties. Illic nullus anguis: Auis rara: Gens inhospitata & bellicosa: Sanguine interẽptorum hausto prius victores vultos suos inquinant. Fas atq; nefas eodem animo ducunt: Puerpera siquando marem edidit: primos cibos gladio imponit mariti. Inq; os paruuli summo mucrone auspicium alimentorũ enitere infert. Mare quod inter hanc & Britanniam interfluit: Vndosum inquietumq; toto in anno: non nisi festiuis pauculis diebus est

Torrentes aurũ deferũt
Britãnia iam Anglia
Hibernia & eiꝰmo mirabiles
Mare hinicum

Extollit Hibernia a pastori[?]

nauigandum. Nauigant autem vimineis alueis: quos circũdant ambitione tergulorum bubolorum. Britanniæ circuitus quadragesies octies septuaginta quinq; milia passuũ sunt: In quo spacio magna ibi & multa flumina sunt. Fontes calidi quibus præsul est: mineruę numẽ. In cuius æde ꝑpetui ignes nunq̃ vertuntur in fauillas. Sed vbi ignis tabuit: vertit̃ in globos saxeos. Præterea vt taceam metallorum largam variãq; copiam: qua Britanniæ solum vndiq; pallet: venis locupletibus: Gagades hic plurimus optimusq; lapis. Si colorem requiras niger gemmens: si qualitatem: nullius fere ponderis. Si naturam a qua ardet: oleo restringitur. Si potestatem: attritu calefactus applicata detinet æque vt succinũ. Deinde germani quorum corpora cum & sint candida & pulchra (vt inquit Anthonius: & Dionysius. Bellicosi etiam sunt a natura. Et (auctore Solino) Germania diues virorum: terra frequens populis numerosis & immanibus. Extenditur inter Hercineum saltum & rupes sarmatarum. Hercineum næmus: alias Horcineũ. Sunt nonnulli qui hoc næmus velint esse siluã Bohœmalẽ: Sicut Aeneas siluius: & plures asserũt. Ex dictis autem cæsaris & Claudiani poete & plurimorum testimonio intelligo esse nigram siluam iam dictam in Sueuia: vbi incipit Danubio: Vbi desinit Rheno perfunditur. Saltus Hercineus aues gignit: quarum pennæ per obscurũ emicant: & interlucent. q̃uis obtenta nox densat tenebras. Vnde homines loci istius plærumq; nocturnos excursus sic desinant: vt illis vtantur ad præsidium itineris dirigendi. Præiactisq; per opaca vallium pẽnis: quæ rationem vitæ moderantur: indicio plumarum refulgentium. In hac rupe sarmatarum sane & in omni septentrionis plaga Bisontes frequentissimi sunt: qui boues feris similes, setosi colla: iubis horridi: vltra thauros pernicitate vigentes capti: assuescere manu nequeunt. Germani insuper (vt inquit Strabo in septimo) regione trans Rhenum ad ortum vergentem natioem Gallicam paulisper imitantem & proceritate corporũ: & colore flauo: & reliquis rebus & forma: & optimis moribus & viuendi ritibus pares existũt: Romani hoc illis nomen iure indidisse videntur: proinde ac eos fratres legittimos sane Gallis eloqui voluerunt. Legittime

Gagades lapis.

Germania

Bisontes

nãq fratres Romano sermone intelligunt Germani. Quo-niã geographiæ scriptores parum de sarmatica tetigere: quã Poloniã perhibent. Indignũ igit fore censui: si peregrinæ tel-luris regiones notarem: & nihil de ea in presentiarum ederem ipsiusq Slesiæ natalis soli essem imemor.

ODE SAPPHICA ENDECASYLLABA DICOLOS: TETRASTROPHOS PEONICE. DE POLONIA ET CRACOVIA.

Erra diffusis spaciosa campis:
Tendit longe geminã sub arcton
Mille quã durus renouat feracẽ
Sarmata bobus

Hanc licet multi latices amœno
Aluũt riuo: tñ inter amnes:
Pulchrior multas vitreus peragrat
Histula gentes.

Cæruleũ tollens caput a niuosa.
Rupe torrenti similis rapaci
Deinde congeste patulos fluore
Fertur in agros.

Regiæ celsos sinuosæ vrbis
Præterit muros: vbi graccus hos
Auctor agresti statuisse fert
Iura colono.

Hic sibi pulchrã Ioue nata sedẽ.
Pallas elegit: tenerãq virgo
Imbuit sũmi patris erudita
Dote iuuentã

Edocet formis varijs solutũ:
Lite discordi chaos: & latentis
Primo naturæ peritura nullis
Semina sæclis.

An deus nubes ue tenent aquosæ
Aeris spissi trifidũ vt iacentes
Fulmen in terras iaculat ictu
Sæpe fragoso.

Vnde brumales veniũt pruinæ

Laus a Mathematicis studijs Gymnasij Crac.

Et vapor largo resolutus imbri
Flabra ventoꝝ: refluecꝫ magni
Tethios æstus.
Cursitus chari e regione fratris
Rosidus lunæ globus it ꝑ vmbrā.
Sæpe mortales piceam tuentes
Lampada terrens
Aureus crispo veniens ab Indo
Phœbus: astrorūcꝫ sui meatus.
Hic viros lustrat nimiū ꝓfūda
Mente capaces.
Pegasi sanctæ laticis puellæ
Hic sonant plectro modulos canoro
Colle cirrheo: & sapiens relicto
Ludit apollo.
Educat pulchras Venus hic puellas:
In Iouis sūmi thalamos ituras.
Poma quæ sole teneant Atlantis
Aurea dignæ.
Aut odoratis sedeant in herbis
Qua næmus myrrha redolet Sabeū.
Fundit & rubri pelagi niuales
Concha lapillos.
Pulchrior virtus latet in venusto
Corpore: a nullo interitura fato.
Dotibus cuius veniunt per æuū
Omne cauendæ.
Nec procul multa specus excauatus
Arte sub fauces Herebi ꝓfundas
Tendit: & Ditis tenebrosa nigri
Thartara pulsat:
Intus obscure posuere noctes
Turbidis sedem tenebris opacam
Etheris picti iubar expolitum:
Vsqꝫ perosæ
Nam nec aurore radijs: nec vllo
Sole lustrat̄ superū ꝑ axem.

Siue sub terras ruit ad sepulti
Orbis alumnos
Huius e cæcis latebris amare
Exeunt rupes salis: & sub auras
Turbinis magni superas citata
Mole trahũt
Sudat occultis specus hic cauernis:
Fontis æterni laticem is rigorem
Contrahit: puri salis vt calenti
Aestuat igni.
Ista Saturni senioris astro
Liuido & pigro remeantis orbe:
Terra fœcundis nimium dehiscit
Fœta metallis.
Mille nec longe rapidis equorũ
Cursibus fert globus inquietus:
Siue sol lucem vehit aut opacas
Luna tenebras.
Inde conuexũ subitura cœlum
Aera in exhaustis latebrosa venis
Et simul surgit rudis impoliti
Lamina plumbi
Nec viros tellus alit alma vasta
Mole proceros: Viadi fluenta
Histulæ: aut quales næmorosa radũt
Flumina quercus
Marcij crebro proceres capessant
Arma in hostiles ruitura turmas.
Et ferũt pulchris spolijs onusti
Sæpe tropheum
Quæ tuis summe pater incola arcis
Fixa delubris tibi cõsecrarũt:
Rursus vt dextro patrias reuisant
Marte penates.

SLESIAE DESCRIPTIO COMPENDIOSA.

Huius ac occiduum procurrens Slesia phœbum.

Viuis humet aquis: fluuijsq; rigatur opimis.
Odera quos inter gelido de monte fragosus
Præcipitans sese næmorꝝ ꝑ opaca recuruo.
Amne ruit: volucrūq; in Abesis carmina ripis
Audit: Olerini velut alta fluenta Caistri.
Aluit Aetneis hinc prata simillima campis:
Vnde ablata nigro fuerat Proserpina Diti
Filia frugiferæ Cereris: quæ nil minus istam
Prosequit̄ passim cumulatus frugibus oram.
Spicea serta gerens: qui plurima rustica pubes
Prouincias diuæ pigui de rure receptas
Contulerat curuis qđ mille exercet aratris.
Sidere sub verno glaties dū gleba solutas
Haurit: & admoti sentiscens lampada phœbi
Euocat agricolas iterū ad iuga panda iuuencos.
Læta suos multa ꝙ inesse foueret alumnos.
Cultores cane fidei q rursus ab alto
Erigonem cœlo terræ ad conuexa vocarunt.
Hospitibus gens grata nouis cœleste veret̄
Numen: & ad sonitū cœli concussa tremiscit.
Q̄ꝛ primū horrifico vehit̄ ꝑ inania curru.
Iupiter: aut missa altitonans facce territat vrbes
Aerias: triplici quas Vartislauia muro
Odere: & alueolis munita bicornibus oēs]
Cellit: & excelsi pendentia nubila cœli.
Mœnibus exuperat fugitiua sub astra leuatis:
Noctiuage pœbes: chorili quantū anteit amaras
Querna arbor frondes: apice aut supeminet alto
Pinus atlanteo: sublata cacumine densam.
Arbuteæ segetē siluæ in conualle virentis:
Religionis honos es Vartislauia nostræ
Diues opū: indigetū hoc testant̄ templa deorꝝ.
Quanta sub orbe suo vix Titan spectat anhelos:
Oceano seu mergit equos: seu tollit ab Indo
Quadrupedes ponto tenues: aut contrahit vmbras
Hic diues statuit ciuilia iura senatus
Cui dederat pulchros maiestas regia fastes.

Ipse suis alias ut legibus arceat urbes
Imperioq; praemat: qd' longū crescat in aeuū.
Efficite o superi: hoc crescente augent honores
Vestri: & marmoreis ciues delubra columnis
Cōstituent: vr̄as cadet hostia maior ad aras.

PINDARICVM ANAPESTICVM IN NATALE SOLVM QVOD NOVVMFORVM PERHIBETVR.

Ec ꝓcul arcta in sede penates
Habitat patriae moenia terrae.
Cuius alumnis pia falciferi
Saecula seruans senis: in fausti
Foenoris expers hoimq; doli.
Et procul omni a fraude remotus
Opibus uiuit diues modicis:
Quas irriguus sudore labor
Tulit: aut curui vomer aratri.
Graui & lenta a vite racemi
Quaerit opes: quas iucūde pater
Bacche virenti comptae corimho
Seris: O placidū numen agresti.
Foelix patrio contentus agro.
Pelagi refluam aspernat aquam.
Non pigra seruat plaustra Boetis
Gelidi: aut Hyadum sidus aquosum
Nec vaga picti sidera mundi
Notat: ut tollens saeuus Orion
Ensem pluuio rore madentē.
Vetat hibernis credere choris.
Pinus olim montium alumnas
Nec hyperboreus sua vela aquilo
Rapida aegei ꝑ vada ponti
Ad sydonias sustulit urbes
Nec eum phrygius raptus Abida
Puer imbrifera territat urna
Nil saeua tua stilla latratus
Timet: aut Syrtis magna vadose

Murmura vbi vrget ventus harenas
Bibulasq iterũ absorbet: & imos
Manes haustis perfnndit aquis.
Sollicitaq at comtemptor opũ.
Sub lare paruo sua lætus agit
Fata elysium visurus agrum.

Boya regio quæ dicit & boiaria: iã Bauaria. Pyrenei montes. Celte populi. Pad⁹ fluuius secundum græcos Eridan⁹ Heliades. Succinũ vel Electrum. Aqtani & Celte Cermenus mõs Thyrrenia Rhenus trifidus ,ppt tria hostia q bus decurrit in mare.

Ec longe a saltu hercinio Boya emergit regio lata & diffusa a bouine pellis similitudie: sic appellata Deinde ad Pyreneos montes versi vsq ad eridam fluenta Celte colunt: Vbi ferũt Heliades sorores dolore afflictas phætontis fratris interitũ tã diu deplorasse: vt mortue omes in alios tandem arbores lachrymantes adhuc verterẽtur. Earũq lachrymis a Celtis qui ea circumhabitant loca sæpenumero emungi: cum in aureũ vertant electrũ: & tanq lapides durescant. Solinus. Succinũ rude primũ nascit: deinde incoctũ adipe lactentis suis expolit: Ad quẽ videmus nitorẽ: de similitudine mellis est. In apto est q rapiat folia: q trahat paleas. Et India habet succinũ: & Gallia fœlix præ pinguibus glebis ac ,puentibus fructuarijs fœtu beatissima: Aqtanos tñ & celtas eos appellant (vt inquit Strobo in tertio) Quos pyrene mõti adiacentes Cermenus mons disterminat. Hæc plaga omni ex pte fluuijs spargit. Cũ alij ex alpibus: alij ex Cermeno & pyrene deuehant. Nõnulli etiam in Oceanũ: aliqui in nostrũ pelagus erumpunt. Loca vero p quæ defluunt vtplurimũ cãpestria sunt: tumulisq prædita. Q si ,pficiscaris ad arctos montẽq Cermenũ: oliueta ficiq deficiẽt. Vlterius vero progrediens: non facile vitem vuas ad maturitatem conficere prospicies: Alia vniuersa frumenta: milium glandẽ vbertim gignit: & omnis generis pecora: nulla ipsius pars inculta iacet. Excepto dumtaxat siquid paludes. ac sileucoli inhibeant. Etenim mulieres quidem fæcunditate & educandi studio optimæ: viri autem bellorum magis q agri colendi studiosi. Hac autem ætate terrarum cultionem: depositis armis cogunt amplecti. Deinde vero sequit Thyrrhenia: vbi ad Orientẽ alpes extolli incipiũt: ex quibus nimirũ Rhenus amnis latissimus exorit tur. Virgilius. Alpinas ah dura niues & frigora Rheni. Et Lucanus. Fregit ab actoo spumanti vertice Rhenũ.

Sed priusq̃ ad Tyrrheniam transuehar: primū mihi dicendū
de Rheno & quorsum protendat: eo versus ipsius Europe fi-
nes. Rhenus igitur cum ex alpibus illis erumpat germanos
primo a Celtis intersecans: in Boream vsq; Oceanum amplis-
simo decurrit alueo. Sed priusq̃ mare attingat: ex eius fonti-
bus intra Sueuos procreans Histrum: vniuersam regionē il-
lam mercatoribus nauigabilem reddit: Hic enim Hister or-
tus ab extremis germaniæ partibus ab occasu prope sinum
Adriaticum sexaginta in se excipiens (vt inquit Solinus) am-
nes. Cum ad Orientem multis infusis fluminibus cōualescit:
spumosus tandē & obtectus caligine (auctore Anthonio) pro
pe Peucē, ꝑ quinq; ingētes alueos in Euxinū mare ꝓripitur:
vbi plurimus Fiber degit: qua se ad Boream reflectit: multas
ac varias nationes irrigat: quosq; ad Meotidis peruenerit ho-
stium: nam germanos primum perlambens: bellaces sarma-
tas: deinde secat. Tum Getas & Bastarnas inūdat: Quorū cō
ditiones. Strabo ī decimoseptio pulchre memorat. Getas græ
ci Traes opinati sunt: qui quidem vtrūq; Histri latus incole-
bant. Et sicut & Misi quos Possidonius scribit religiōe indul
gentes ab animantibus abstinere: & eā ob causam pecus om-
ne vitare: melle vero lacte & caseo vesci. Verꝝ que Getias Me
nander memorat inspice: non quidem fingens vt decorum ē.
Verū ex ipsa memorās historia: Traces vniuersi nos præser-
tim Gete (quorꝝ indigenam me esse glorior) non omniū conti
nentiā nimis agimus. E nobis vxorem ducit nemo: nec vt plæ
riq; vndecim duodeciq; & amplius: ꝙ si q̃ternas qnasq; vxo-
res duxisse cōtigerit: subuersio quædā est: ideo hymenei ꝓr-
sus exps infœlix inter cōciues vulgat. Cūcti nāq; fœmīas su-
perstitionis duces & auctores esse existimant. Hæ etenī sunt
quæ viros ad deorum cultus: ad dies festos: ad venerationes:
ad præces inuitent: Vt incepta prosequamur: redeamus ad id
vnde diuertimus. Hister Dacibus facultatem adauget: neq;
minus ad Alanos et Thauros præterfluēs oībus nauigandi
per continentē facultatē præstat: qui quidē Thauri excelsum
illum qui Achillis cursum inhabitantes: angustū sane terræ
spacium licet ob longum ad paludis vsq; ripas pertingunt:
quibus contermini sunt ipsi quos diximus Alani: quorum

Sueuia dicit rhetia.

Castor. Peuce. Fiber abūdat mari Euxino Meotidis pal9 Gete & Bastarne. i. trāsiluani Misia.

Daces Alani iā Thartari Thauri molæ.

rgio equorũ multitudine exuperat: Sed his admoti sunt Me-
lanchleni populi & Hippomologi tamẽ etiam Neuri & Hip
papodes: ac deinde Geloni & Agathirsi. Geloni (vt memo-
rat Solinus) de hostium cutibus sibi indumenta faciũt & eqs
suis tegmina. Agathyrsi vero ceruleo picti colore fucatis: in
ceruleum crinibus: nec hoc sine differẽtia est: nam quanto qs
quis altero præstat: tanto propensiore nota tingitur: vt sit in-
dicium humilitatis minus pingi. Apud Neuros nascitur Bo-
ristanes dilabens e conspectu arietis frontis directeq; aduer-
sus Cyaneas in Euxinũ demergit: in quo pisces egregij sapo
ris: & qbus ossa nulla sunt: nec aliud q̃ cartilagĩes tenerrimæ
Verũ Neuri vt accepimus æstiuo sole in lupos transfigurant
deinde exacto spacio qd huic sorti attributũ est: in pristinam
faciem reuertunt. populis istis deus Mars est: p simulachris
enses colunt. Hoĩes victimas habent: ossibus adolẽt ignes fo
corum. Inde & Aldestus & Panthicapes (inquit Anthonius)
ex Ripheis delapsi montibus ĩmurmurant: quorũ fluẽta cum
galtiali appropinquauerint Oceano (nã eo versus defernut)
splendidissimũ quoq; deducunt electrũ: Qd haud q̃q dissimi
le rutilanti lunæ videt: cum primum incipit oriri pariunt: &
Adamantẽ lapidem: sed cum agathiæ os lambunt: nã ex om
nibus magis obnoxij Boree. Cæterũ ad austrum Gete tenẽt:
de qbus supra. Et Noritij quorũ agger frigidus: autore Solĩo:
& partius fructuosus. Tum etiã Panonij. quorũ ora viro forti
& solo plano (vt scribit Solinus) Læta atq; inclitis amnibus
circũflua. Tũ Misi & Traces: Verũ Misi: vt phibet Anthoni-
us: magis q̃ Traces ad Boreã vertunt. q quidẽ Traces late p
amplissimã regionẽ diffusi: ptim ad latus ppõtidis maris co-
lunt: partim ad Hellespontũ coniecti: ptim etiã ad Aegiũ te-
nent: vbi circa excelsa melfluæ pallenæ Asterius lapis gigni
tur: haud dissimilis flagranti stellæ: aut exurẽti flãmæ. Ferũt
tñ (inquit Solinus) Tracibus Barbaris inesse cõtemptũ vitæ:
& ex quadã naturalis sapientiæ disciplina: Concordant oẽs
ad interitũ voluntariũ: dum nõnulli eorum putant abeuntiũ
aĩas reuerti: alij non extingui beatos magis fieri. Apud pluri
mos luctuosa sũt puerpia: deniq; recentẽ natũ parẽs fletu ex
cipit: & leta sunt funera adeo: vt defunctos gaudio psequãt.

Melãchleni
Hippomologi
Neuri
Hippopodes
Geloni
Agathirsi & cormores
Geloni crudeles
Boristefluuius piscosus
Cyaneæ symplegades saxa scopulosa dicunt
Cartilagines pisces
Neuri crudelissimi.
Aldest9
Adamã-
temparit electrũ
Gete Valach
Noritij dicũt iã Styrij

vxorꝝ numero se viri iactāt: & honoris loco ducūt multiplex cōiugiū: quæ fœminæ tenaces sunt pudicitiæ defūctorum insiliunt rogos: & quod maxime insigne ducūt castitatis: præcipites in flammas eunt. Nupturæ nō parentū arbitratu trāsiunt ad maritos: sed quæ præ cæteris specie valent subtaxari volunt: & licentia taxationis admissa: non moribus nubunt: sed præmijs: quas formæ præmit dedecus dotibus emunt: q̄bus coniungant̃. Thraciæ montes celebrati a poetis Hismarus. Sithon Rhodope. Virgilius. Hismarus aut Rhodope aut extremi Garamantes. Alibi. Sithoniasq; niues hyems subeamus aquosæ: gelidis Hebri irrigat̃ vndis. Virgili9. Nec si frigoribus medijs: Hebrūq; bibamus. Qui cū admiscet̃ tumulum habet: Polydori Priami filij a Thracio rege mille telis cōfixi: ob auri pondus quod secum tulerat. In parte tamen Misiæ quæ pontica est (Scribit Solinus & Dionysius) appet herba ex qua conficitur oleum quod vocāt medicum: hoc ad incendiū excitatum: si obruere aqua gestias: ardet magis: nec sopitur q̄ pulueris iactu. Sunt & aliæ q̄plures gētes sub hac cœli parte constitutæ: quæ omnes inhabitant & circūhabitāt Histrum: ex quo non mediocrem nauigandi comoditatē aucupantur: quorꝝ nomina enarrare longa mora esset: & superfluum. Reliquum: vt nūc de alia Europe parte dicamus: quæ tribus extensa marginibus: vsq; in Orientem ꝓgreditur. Eā enim partem Hiberi tenent: ptim Græci: partim Itali. Verum vltimis Hiberiæ terminus Oceanum lambit: vbi potissimum vna ex columnis cōspicit̃ a Libe iniecta: quam infra Tartessus mons erigit: & cuius regio copiosa est ad modū & fertilis hinc Canesi adhærentes ad Pyrenei vsq; radices mōtis. Hinc vero sequitur Italia: quam quidē mons elatus admodū & extensus vt statera ꝑ medium secās: atq; secans illum ab omni latere: circumsepiens miro quodam ornamento & insuperabili ꝓpe munimine vallant: nullus vnq̄ architectus cum viderit (scribit Anthonius) poterit negare: q̄ Mineruæ extiterit opus regiōis illius decus & monumentū: quo quasi corona præcingit: Illum incolæ Apennium vocant. Italia namq; vniuersa cōsurgit a iugis alpium. Solinus: Porrecta quo in mare meridiē versus protenditur. Inde procedens paulatim se Apennini

Siton Rhodope
Hismarus
Hemus
Hebrus fluuius.
Thracia gelidus
Pontica regin
Tartess9 mons
Canesi populi
Apēnis mons

montis attollit iugo extensa inter Thuscum & Hadriaticum
Similis querno folio scilicet lõgitudine amplior q̃ latitudine
quæ tanta cura ab omnibus dicta: vt iam inueniri non possit:
qđ non veterum præsumpsit diligentia: largitur. In laude ex-
cellentis terræ: materia suppetente dum scriptores præstan-
tissimi reputant locorum salubritatẽ: cœli temperiem: vber-
tatem soli: aprica collium: opaca næmorum. Maximos saltus
viũ: olearũq́ prouentus: nobilia pecuaria. Tot amnes: lacos
tantos. Inquit enim Strabo in quinto. Italiæ maior campi ps
marinis aquis plena stagnat. Fossisq́ & aggeribus sicut ægy
ptus inferior diductis irrigat̃ riuis: ac partim exiccat̃: & rusti
corum cultu fructuosa est: partim nauigationibus comoda.
Vrbium vero plæreq́ insularum modo cingunt̃. Aliæ quæ-
dam ex parte aluuntur: quæ supra stagna mediterranei iacẽt:
mirificam ex fluuijs nauigandi comoditatem sursum habent
..ius — ex quibus in primis Padus est: maximus enim sæpe numero
fluuius. — imbribus crescit ac nauibus. Is multas diffusus in partes: in
eruptionibus occultum efficit hostium: haud ingressu faclis.
Hac vero tempestate eximiæ dignitatis trans Padum ciui-
Verona — tas est: quodãmodo alpibus finitima & propinqua Verona:
est amplissima Et hæc ciuitas Catulli patria. Ouidius. Mãtua
Brixia — Virgilio gaudet: Verona Catullo His inferiores Brixia: Ac
Mantua — Mantua excellẽtissimi ac diuini illius Maronis alumna. Mul
tæ Italiam incolunt gentes: ac multi populi: quorum nomina
Tyrrhenia — haud facile possent explicari a nobis. Verum primi sunt Tyr
rheni: ex ea maxime ipsius parte quæ intra Boreã & Zephy-
Etruria. — rum est sita. Eos Romani Ethruscos appellant atq́ Truscos
Græci vero (auctore Strabone) hoc eos compellant nomine.
A Tyrrheno Athis filio: qui ex Lidia Colonos hanc in regio
Tuscia — nem dimisit. Tusci campos vsq́ ad amnem Tybrim possidẽt
quos ad solis ortus maxime fluuius alluit: donec pelagus in-
tret. Parte autem altera Tyrrheno ac Sardonico mari sunt cõ
fines. Tyrrhenis gentes quædam Pelasge iunguntur: quas
Cyllene mons — quæ ex Cyllene in Italiam traijcientes: cum ipsis Tyrrhenis
illic ferũt consedisse. Ait enim Hesiodus (scribit Strabo) hãc
gentẽ ex Archadia originem duxisse: & diuino Helicõe gña-
tos extitisse: quem olim Pelasgus procreat: Rerum quoq́ scri

ptores Atticarum de Pelasgis tradidere. Athenis fuisse pelasgos: qui cum instar auium quo sors vocaret huc atq; illuc errabundi comearent pro Pelasgis Pelargi: id est Ciconiæ vocarentur ab Atheniensibus. Proximi his sunt Latini gloriosum hoim genus ea (auctore Anthonio) Soliq; vbertate ac ingeniorũ excellẽtia fæcundi: Huius plagæ tractus (vt inqt Strabo) Inter Ostie litus & Sinuessam vrbem & Sabiniã iacet. Est autem Ostia vrbis romane nauale: quo Tyberis erumpit. Extenditur autem in longum vsq; in Campanũ agrum: & Samnitum montes. Sabinia vero regionem irrigat: a propinquo tandem mari placidissimo sinu apud Ostiam excipitur. Strabo Apenninis montibus Tyberis effluit: pluribusq; augetur amnibus: partimq; per ipsam excurrit Ethuriam. Deinde autem ipsam disterminans: primo quidem ab ea diuidit Vmbriã. Postea vero Sabinos & Latinos: Rome ad littus vsq; finitimos. Fluuius is cæterorum omnium olim princeps & imperator: clarissimam illam Romuleam præpotentem sedem intersecat. Pontificis nostri domicilium: atq; omnium aliarũ regionum caput. Huic vero proxima est Campania regio læta: atq; omnium copiosissima: in cuius circuitu (vt inquit Strabo) iacent Tumuli: mirifica fructuum vbertate conspicui. Hisce locis incumbit mons Vesuuius: amœnissimis habitatus agris excepto cacumine: Is magna ex parte planitiem habet: fructum omnino nullum ferentẽ. Cauernososq; mõstrat & antra: combustis ex petris: q̃s ignis abroserat. Ibi cumæ (vt inquit Solinus) ab Euboensibus conditæ: Sibyllæ Sacellum: cuius librum ad Cornelium vsq; Sibyllam pontifices nostri consulebant. Tunc enim vna cum capitolio igni absumptus est. Nam priores duos Tarquino superbo partius precium offerente q̃ postulabatur: ipsa exusserat. Cuius sepulchrum in Sicilia adhuc manet. Si a Cumis (scribit Strabo) incipias vsq; in Siciliam ignotus est tractus: & profundas quasdam in vnum coeuntes habet cauernas Ad Austrum autem versus Subsyrenidos colle flumen conspicitur. Sursentini Sylari quod iuxta Lucani & Brecij tenent: vsq; ad Leucopetram pertingentes. Inde vero ad Boream: vbi primum Zephyri summitas eminet: Locri positi: Qui cum olim in Italiam ex

Latini | Ostia | Sinuessa | Sabinia | Tyberis | Campania | Vesuui[us] | Sibylla euboica | Sursentini.

Attica concessissent. Ferunt eos loci amoenitate captos: cũ indigenis hominibus amicitiam & societatem coniunxisse. Ciuitateq3 ibi conditam suonomine appellasse: quorũ adhuc extat genus prope Alecis fluminis decursum. Tum vero Metapõtini adiacet: nec longe ab eis circa Sarum flumen Crotone florentissimũ conspicit oppidum: vbi gloriosum illud Laciniae Iunonis templum conditũ extat: atq3 infoelix Sibaris deplorasse dicitur: ob iratum Iouem aduersus illius ciues: q͂ fuisset admodum debacchati in Alplei sacris: quoniã honores hominum coelestibus praeposuere dijs. At Samnite deinde positi: int̃ magis cõtinentẽ atq3 Marsi quibus alba finitima in excelso locata: Saxo prope fusiuus est lacus: longitudine par pelago. His Marsis & vicinis maxime vsui fit. Memoriae proditũ est illum nonnũq̃ vsq3 ad montana crescere. Interdum aũt decrescere: vt mersa prius lacu loca desiccent̃: & agricolationẽ rusticis exhibeant: quae sub terranei humoris transitione occulta quadam ratione sparsim efficiunt̃. Marsi tamen ad velocitatem pedum plurimum cursu praestant. Tarentini vero ad litus reiecti: ibi oppidum tenent Amycleorũ: olim interitu cõditum: quibus ꝓpinqui Calabry Iapigũq3 gens: quae quidem vsq3 ad Hirum protendẽs: quod mari adiacet: vnde Hadriaticum fretum iam incipit ad Aquileiam atq3 Tergestinorũ oppidum contrahi. q͂d ad extremũ ipsius positum est. sed ad Orientẽ cum se inflectat: inde Liburnorũ primo litus lambit: Ac deinde vniuersam illorũ regionem illidit vastis oppressam tenebris quantacũq3 est: quae adiacet Isthmo: Bulimeorũ quoq3 ꝑfricans margines: per ĩmensum statim diffusum alueũ: extenditur: ac illyricos primũ irrumpit: quorũ regio (vt inquit Strabo in septimo) Aprica similiter frugifera: bonisq3 feracissima fructibus: Oliuetis vinetisq3 speciosa: nisi sicubi rara & aspera omnino rupes iacere. Super hanc sita regio tota montana: frigida & niualis est: Amplius quae in Aquilonẽ spectat adeo: vt raro vitem ferat. In altioribus vero & amplioribus locis mõtanae sunt planities: quas Pannonij tenent. Illyria tamẽ ad Ceraunias vsq3 altissimos montes inuertit̃. quibus in locis monumenta quaedam inspiras contractas visunt̃: quae ferunt Cadmi & Hermione vxoris eius extitisse: qui cũ ambo iam

Alax flumen
Metapõtũ vrbs
Sarum flumen
Crotõe oppidũ
Laciniũ ꝓmõtoriũ
Crotõe
Sybaris
senex ꝓ: bus
Sãnite
Marsi
Alba lõga fusucus
Marsi
Tarentini
Amycle oppidũ.
calabria
Iapigia
Apulia
Daunia
Aqleia.
Tergestinum
Liburnia

decrepiti essent:ac longo admodū confecti senio Abismeno il
luc cōcessissent ibi in serpentes fuisse mutatos. Vbi etiam ali-
ud conspicit mirabile:nam duæ vtrinq̧ confixæ sunt colum-
næ: quæ quotiens aliquid eminet aduersa vicinis hominibus:
ambe statim inter se collidunt:vt conflictari vident. Ad Au
strū vero versus sub ipsa prope Tracia. Supraq̧ Horiciā græ Horicia
ciæ tellurem pars illa quā Helladem vocant:initiū capit:ascē Hellas
su quidē difficili ac duplici pelago p̄iculosa Aegeo videlicet
& Siculo freto:duobus præterea agitatur ventis:quorum al-
terum appellant Hesperium siue Siculum:q & Zepyrus est:
Alterum Eurum:qui efflat ab Aegeo. Deinde sequit Pelopis Pelopo-
insula:quæ & Peloponesus dicitur: Cuius quidē forma haud nensus.
longe distat a Platani folio:Nam lata est ab initio: & in acutū
protenditur limitem. A summo enim Boream versus angusti
cuiusdam quasi Isthmi videtur figuram præseferre. Atq̧ cū
Hellade mutuo firmari ac coniungi vestigio. Vallatur tamen
ex omni reliqua parte maritimis fluctibus inter Peloponessi
ciuitates. Inquit Strabo in sexto: Argos & sparta gloria præ- Argos
cellent: In hanc etiam ætatem iuxta Argon surgit silua Ne- Spartha
mea: in qua Argi sacra celebrare consuere:ibi quoq̧ quæ de
Nemeo leone gesta fabulis prodita sunt. Lucanus in decimo
Si sæuum radijs Nemæum phœbe leonem. Nūc tremens to-
to fluerent incendia mūdo. Lerna & Myceneí: & Argini agri Mycene
lacus est:in quo Hidram constituisse scriptores tradunt. Vir. Lerna
Et centum geminus Briaræus m belua Lernæ.
Arginorum enim vrbs magna ex parte planis in locis & ari-
dis sita est. Et ideo aiunt ibi esse puteorum copiam: quos Da-
naum ascribebant solebant solertiæ:vti is versus diuulgat.
Argos aquis vacuum Danai struxere redundans. Arginoꝝ Danaus
quidem arcem Danaus inhabitasse dicitur:Is adeo præceden-
tes loci illius reges excelluisse fertur:vt qui antea Pelasgi no-
minabant:imposita p græciam lege:Danai vocitarent. Sane
Chorinthum Peloponensi vrbem (inquit Strabo) locupletissi Corin-
mā aūt cum Isthmo īmineat Emporiū: locus negociatoribus thus
frequentatus:& duorū dominus portuum existat:quoꝝ alter
quidem Asiæ:alter aūt Italiæ ꝓpinquus est: Vtroq̧ ex loco fa
ciles inuicē mertium cōmutationes facientes. Ibi mons est ex

Acroco rinthum mōs — celsus: quē Acrochorinthū nominant. Cuius quidē ps in Aquilonem versa: maxime in arduū erecta ē cōsurgit Vertex autē Veneris sacram habet ædiculā: Infra verticē Pyrenē fontem

Pyrene fōs — adesse contingit: haud affluētes aquas habentem. Cæterum perspicuas admodū potuiq̃ suauissimas. Vulgo autem memorat eum ex subterraneis quibusdam venulis expressum. Fama est equum Pegasum cum potaret: hoc in loco a bello-

Pegasus equus — ro Phonte depræhensum fuisse: alatum inq̃ Caballum e Medusæ ceruice: & de Gorgonis exsecto guttere prosillientem. At Aegium eius regionis ciuitas: satis incolarū habet (vt memorat Strabo in isto loco) Iouem a capra lactis alimenta suscepisse scribunt: sicut Aratus prodit. Diuaq̃ capra Ioui fama

Olenū vł Olenæ — est: hic præbuit vber. Oleniaq̃ Iouis vates dixere capellam. Locum ostendēs: quia proxima est Olenæ. Ad Zephyrū vero Triphyllidos tellus sita: iucundissimis Alphæi vndis alluitur: qui per Pisæam & Triphilæam (auctore Strabone in octauo) labitur: & cum intercidatur fluento Messeni & Eurote: ambo non ex mari aliquo videntur effluere: sed ex imis na

Alpheꝰ fluuius — sci terræ ipsius visceribus: Verum Alpheus Heliorum terram secat. Eurotas autem per Amyclæos dilabitur. At circa insulæ medium: inter conuallem sub Erimanthi scopulo: Archades tenent: vnde & Melas amnis & Cratis & Aon fluunt: & antiquus ille Ladon. Archadiæ montes Cyllene Mercurij parens: Licanis & Menalus: qui totus næmorosus est: In cuius saltibus pastores olim suos decantabant amores: imitātes Pana illius montis incolā. Virgilius.

Menalus argutūq̃ næmus pinosq̃ loquentes.
Semꝑ habet: semꝑ pastoꝝ ille audit amores.
Panaq̃ qui primus calimis non passus inertes.

Etiam dijs alumnis inclaruerūt: Inter quos nec Erymanthus in obscuro est flumine: quod Labon dicitur. Varro perhibet

Fons mirabilis — in Archadia fontem esse: cuius haustus interimat. Merula cum in alijs locis fulua sit: circa Cyllenem quod non indignū

Albesto lapis — relatu est: candidissima est. Nec lapidem spreuerimus: quem Archadia mittit: cui Albesto nomē est: Ferrei coloris: Hic ac-

Argini lacones — census semel: extingui non potest. Proximi vero is Argini: & Lacones: quorum regio altera quidem ad Orientem spe-

ctat: Altera ad Austrum. Huius autem Isthmi latera gemino constat pelago collidi. Vno quidem ad occidentem versus: altero ad auroram: Quod vsq; ad ea loca contrahitur: quæ Sacrocinida vocant. Verum e conspectu ipsius Isthmi: quem Peloponensum diximus: ad eam partem versus: quæ ad Orientem spectat posita est. Attica regio clarissimorum hominum & excellentissimorum ingeniorum parens & nutrix: quam diuinus ille Ilisus amnis perlabitur. Vnde dicunt olim Boream suam Orithigiam rapuisse: vbi Boetes siti & Locri. Boetia (vt inquit Solinus) Thebis eminet: quas condidit Amphion: non ꝙ Lira saxa duxerit. Neq; enim par est id ad gestum fieri: sed ꝙ affatus suauitate homines: rupium incolas & incultis moribus rudes ad obsequij ciuilis pepulit disciplinam. Apud Thebas Helicon lucus est: Cytheron saltus amnis: Hismenus fontes: Arethusa: Edipedia: Dirce: Aganippe Hyppocrene: quos Cadmus litterarum primus repertor: dū rimatur quænam adijsset loca: quoniam equestri (exploratione deprehendisset) incensa est licentia poetarum: vt pariter vtrumq; vulgarent: scilicet ꝙ eorū alter alitis equi vnguicula sollicitatus foret: Alter potatus facundia animas irrigaret: & ꝙ aperta foret alitis equi vngula: & ꝙ potui suspitionem facerent litterarum. Virgilius

Attica regio | Boetia | Helicon lucus | Cadmus litterarum repertor

Nam neq; Parnassi vobis iuga: nam neq; pindi:
Vlla moram fecere: neq; Aoniæ Aganippe.

Et ouidius in quinto fastorum.

Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes.
Grata Medusæi signi tenetis equi

Ea tamen quæ a Strabone in nono describuntur: digna scitu sunt. Musarum præcipue alumnis. Hic Cephisus e Libea vrbe Phocensi ortum accipit: vt ab Homero dictum est. Q uiq; Libeam habent Cephisi in fontibus almi. Helicon Phocidi est affinis ex Aquilonis partibus: nō procul a Parnasso distās Cui Aemulus est & altitudine & circuitu. Vterq; enim niuibus pulsatur: & rupes amborum saxea est. Hoc autem in loco est consecrata musis ædes: fonsq; Caballinus: de quo Persius Nec fonte labra ꝓlui caballio. Et Libetridū speluca nynpharum Virgilius septiā æglogā. Nynphæ nr̄ amor Libetrides aut mihi

Cephisus | Parnassus | Fōs caballinus

carnem: qualem meo Codro cōcedite. Cuius fontis gelidos latices pristi fates gustasse perhibentur: illiusq; fæcundo rore irrigui: facultatem ad carminū sumpsere structuram: Nec arbitretur quispiam ineruditus hoc fabulosum figmentū in irrito dumtaxat ac vano situm: aut nihil veritatis contineri. Vatem nāq; cœlesti repletum numine: ab omni tumultuariæ rei strepitu esse semotum: oportet ne ingruente tumulto in profundo eius turbetur sensu: quo sine: nulli mortalium concessum est versus condere: Quamobrem græci vates versum condituri aprica montium: opacum siluarum frigus & placidum fontium & riuulorum murmur ex lapillorum & aquarum collisione gemitum petebant: quæ omnia vitales spiritus ab ignauo torpore subleuare: ingenij vires & ꝓuocare: & augere in promptu est. Inde subtilissime inuentum in istorum montiū specubus: siluarum latebris: & in fontium aquis diuū aliqd' residere numen: Quod a poetis iure inuocandum venit: vni-

Parnassus — uersus præterea Parnasus (inquit Strabo in nono) cōsecratus existit: & antra & alia loca honore & sanctitate digna conti-

Corycides — nens: E quibus celeberrimū & formosissimū extat Corycium Nynpharū antrum. Eodem quo & Cilicium nomine appel-

Coriciū — latū. Is mons gemmino colle in astra tollit. Ouidius. Mons

Ciliciū — ibi verticibus petit arduus astra duobus. Nomīe Parnassus:

Cyrrheum — quorū alterū Cyrrheū compellatū Appollini: alterū Nyseum baccho patri dicatū est. Lucanus. Accipiam Cyrrhea: ve-

Nyseū — lim secreta monentem. Sollicitare deum: Bacchūq; auertere

Phocis — Nysa. In Phocide item duæ præclarissimæ ciuitates eminent.

Delphi — Delphi & Elathea: Delphi qdē propter templū Appollinis:

Elathea — Phytij & Oracliū vetustate insignæ. Australe latus Parnassi Delphi occupat locus sane petrosus: Vnde Delphicus a vatibus perhibetur. In eius cacumine templū surgit: & oppidum in circuitu: stadia sedecim complectens: hoc tempore circa ip-

Castalius fons — sum affines Castalij fontis sua locarūt domicilia. Huius fōtis aquæ musarū sunt sedes. Ouidius. Vilia miret: Vulgus mihi flauus Appollo. Pocula castalia plena ministret aqua. Auctores memorant diuinum ipsum domiciliū Appollinis profundum: & curuam esse speluncam: non admodū lato ore patentem. Vnde aura quidem referri sacro efflante numine. Ex-

celsum autem hostio imminere Tripodem. Quæ cum Pythia vates ascenderit: hausto diuinationis spiritu dei respōsa referre: & carmine & oratione soluta. Oraculū hac tempestate neglectui dat̄: superioribus annis excellentissimo in honore habitum: Documento sunt thesauri: quos populi potētesq; principes ibidem construxerūt: ad quas consecratas obtulere pecunias: nec minus artificum præstantissimorū opera. Tū vero Thessalia (vt scribit Solinus) multa oppida & flumina: inter quæ Penæus q̄ præter Ossan Olympūq; decurrit næmorosis in cōuallibus. Thessaliæ sunt Pharsalici campi: in q̄bus ciuilium insonuerunt procellæ. Ibi Olympus excellenti vertice tantus extollit̄: vt tegmen eius cœlum accolæ vocent. In cuius cacumine est ara Ioui dicata: cuius altaribus si qua de extis inferuntur: non difflantur ventosis spiritibus: nec pluuijs diluuntur. Sed voluēte altero anno cuiusmodi relicta fuerint eiusmodi reperiuntur: & omnibus tempestatibus: & corruptela aurarū vindicatur. Litteræ in Cynere scriptæ vsq; ad alteram cærimoniam anni permanēt. Thessaliæ adiacet Macedonia tellus (vt inquit Solinus) Quæ olim Pyerium solū: vel Emathium nūc vniformi vocabulo Macedonia est: Inter ipsam & Traciam Strimon amnis facit terminū: qui ex Hemi iugis irrigat. Admonet Phlegia: vbi anteq̄ opidum fieret rumor est: militiam mundi dimicatam cum gigantibus: dūm Iouem ab æthereo axe congestis montibus fugare conabant̄. Illic si qn̄ (vt accidit) niuibus torrentes aut pluuialibus excitatur vndis Et aucta aquarū pondera ruptis obicibus: valētius in campos rūunt apertos. Eluuione ossa etiam nūc ferūnt̄ detegi: quæ ad instar corporis sūt humani. Sed nō grandiora. Quæ ob enormem magnitudinē monstrosi exercitus iactitāt extitisse: idq; adiuuatur argumento saxorum immaniū: quibus oppugnare cœlum moliebant̄. In Thessalia enim & Hæmonia sunt erectiora iuga: quam vsq; proceritas Mōtana attolli valet. Nec est in terris omnibus qđ merito ad istas eminētias comparet̄: Quippe quas solas diluuialis irruptio cū vniuersa obduceret: humido inaccessas reliquit. Durant vestigia nō languidæ fidei: quibus apparet hos locos superstites fuisse: vndose tempestatis: Nā in latebrosis rupiū cauaminibus conchiliorū tecta

Aemōia
Thessalia
Penæus
Ossa
Olympus
Oæta
Pyerius
Macedonia
Strymō
Phlegya
Hæmonia

Alexander magnus — reperiuntur. Hic Philippus magnum procreat Alexãdrum: Cuius mater se coitu draconis grauidam affirmarat. Ita tantum ipse egit: vt deo genitus crederetur: Paragrauit orbem rectoribus Arestotile & Calistene Subegit. Asiam: Armeniam Hiberiam: Albaniam: Cappadociam: Syriam: Aegyptum: Thaurũ: Caucasumq; transgressus est: Bactros domuit: Maedis & Persis imperauit. Coepit Indiam: emensus omnia quae Liber & Hercules accesserant. Eum fuisse hominẽ aiũt ceruice celsa: Laetis oculis & illustribus: reliquis corporis mẽbris nõ sine maiestate quadã decorũ. Victor enĩ: vino et ira victus sic: vt morbo violentiae apud Babylonẽ humiliore q̃ vixerat fortuna exemptus est. Macedonia insuper lapidem gignit:

Pean lapis — quẽ Peantem vocant. Hũc eundem concipientibus & pariẽtibus: opitulari fama prodiga est. Hinc cernit̃ Hemus sex mi-

Hemus mõs — libus passuũ arduus: niuosum & obdura concretũ glatie. Tollens cacumẽ: sub cuius rupibus Orphaeum tam concine auras demulsisse fama est: vt eius carmĩe nedũ mortaliũ: verũ ferarum & humi crescentium oblectabat sensus. Verum e regiõe Macedoniae ad Zephyrum. Epirus Dodonia ab vrbe Epirotica Dodona: in ollarũ structura doctissima. Virgilius. Ingẽs argentum Dodoneosq; lebetes. Late admodũ longeq; distenditur. Haec regio prisca tempestate vrbibus populisq; erat frequẽtissima. Sed deinde sub romano impio ꝓpter crebras de-

Epirus — fectiones ad solitudinem redacta est. Paulus nãq; emilius sub

Dodõia — acta Macedonia superato Perse: septuaginta Epirotarum vr-

Epidaurus — bes euertit: & centum & quinquaginta hominũ milia in seruitutem redegit. Haec olim Molossa dicta a Molosso filio Pyr-

Molossa — rhi: & Hermiones filiae Manelai: & Helenae. Chaonia vero a

Caonia — Chaone Heleni fratre. Virgilius. Pars Heleno qui Chaonias cognomine campos. Chaoniaq; omnem Troiano a Chaone dixit. In Epiro circa promõtorium Leucaten: quod et Actiũ ferunt Augustus nauali bello Anthoniũ et Cleopatrã aegyptiam: quam spreta Augusti sorore sibi iunxerat separauit. Virgilius in octauo. Feruere Leucaten: auroq; effulgere flu-

Etholia — ctus. Ad austrum eius Etholia: cuius per medium Achelous amnis: vbi Bacchus vitẽ inseruit: fluens in Trinacriae vsq; fluctum: argẽteis harenis dilabit̃: insulas illas secans: quas Echi-

nadas vocant: quibus ꝓxima sunt Cephalenorū oppida: fe- runtq; in eas fuisse mutatas Nynphas ab Acheloi nomine: dū eius sacrificium negligerent. Ouidius in octauo metha. Echinai dæ isulæ

Cūq; loco nynphas memores tū deniq; nostri
In freta ꝓuolui fluctus nosterq; marisq;.
Continuam deduxit humū: pariterq; refellit.
In totidem medijs: quas cernis Echinadas vndis.

Sed ad Orientem versus Phocis est sita: atq; in Boream versa: vsq; ad Termophilarum hostia sub niuoso potissimū Parnas- si vertice protenditur: Cuius ꝑ medium Cephisus de quo su- pra e rupe defluens: propinqua arua perpetuis irrigat fonti- bus. Tū Phitonis seqt̄ tellus: miris qbusdā & incōsuetis odo ribus flagrans: Vbi Draco ille deplphicus ad Tripodes intra pietes templi ꝓstratus iacet: adhuc multis horrēdus squamis: vbi aiūt Apollinē quotiēs ex Mileto aut Claro insulis ꝓficisce batᷣ: plærūq; insidere cōsueuisse: atq; eius illic deauratæ pha- retræ vincula dissoluisse. Tm̄ de Europæ regionib⁹ dictū iri ducimus. Phocis Draco delphic⁹

DE INSVLIS

n Vnc ad insulas stilus vertēdus est: priusq̄ de alia tellu- ris ꝑte qppiā describamus: quæ et magnitudie et opū vbertate cæteris anteit. Vt itaq; inde incipiā vn̄ etiā Europa primū extulit caput: et colūnæ illæ Herculeæ infixæ eā a Libya reliq̄q; iniecta Oceano seiūgit. Gedira pria nobis occurrit. Ea eni cū a Phœnicibus olim extitisset: q̄bus Hercu lem colebāt: ab eis etiā Gadira est appelleta. Antea vero non Gadira: sed Contimissa ab Hiberis dicebatᷣ. Deinde Gymne siæ insulæ sequūtᷣ: ex q̄bus quæ ꝓpinqor est Bausus appellatᷣ Reliquæ vero gēminæ sūt a græcis Baleares appellatæ a fun- dar̄ iactu: q̄bus hoies ibi maxie vtebātᷣ. Bali eni græce emit- tere dicitᷣ: Inde balista: quasi emissa. Ouidius in q̄rto. Tm̄ ab- erat scopulis: quantū Balearica torto. Funda potest plūbo me dij transmittere cœli. Tū vero sequitᷣ Sardinia quæ (auctore Solino) absq; serpentibus est: Vbi solifuga in Sardois agris alias per exiguum solifuga: eo q solem fugiat dictum: In me tallis argentarijs plurima est. Nam solum illud diues argen- to est. Hic herba de fluuijs fontaneis ꝓuenit: quæ vescētibus neruos cōtrahit rictu: ora deducit: vt veluti ridētes moriantᷣ. Gedira Gymne siæ insu læ sardinia Herba mirabilᷣ

Mirabiles fōtes Virgilius Imo. Ego Sardonijs videor tibi amarior herbis. Ibi fontes sane calidi & salubres. et aliquot locis efferuescunt: q medelas afferūt: aut solidant ossa fracta: aut molliūt. Aut etiā oculareas dissipant aegritudines: & coarguendis valent furibus: Nam quisquis sacramento raptum negat: lumina aquis obtrectat: vbi periurium non est: cernitur: & captis oculis ad missum tenebris aliquis fatetur. Sardiniae vicina Cyrnus am

Cyrnus Corsica bae prope e regione ad Ostiā sitae: Ex quibus altera quae Corsica est: quā reliqua aditu superior: cum praeruptis admodū collibus: & densissima valat silua. Sed ambae soli vbertate &

Citen nascentium copia spectatissimae. Ager tamen Corsicanus solus edit vnicum. quem Cato Citen lapidem dicūt: fatu dignissimum. Maior enim caeteris est: qui ad ornatum destinant. Impositas manus detinet ita seiunctis corporibus annectens: vt cū illis haereat: a quibus tangitur. Sed ei inest vellus velut glutino lentiore: Accepimus Democritum ostentatione scrupuli huius frequenter vsum ad probandam occultam naturae potentiam. Deinde apparent insulae aliae in Gyrum positae: quae cū olim ab accola Hippota Aeoli patre benignissimo rege inhabitatae extitissent: ab eo Aeolides etiam sunt vocatae. Ouidius. Clauserat Hippotates aeterno carcere ventos.

Hyppotates aeolides Ferunt eundem regem ob ipsius animi virtutem quā constat pium & claementem fuisse: id a dijs ipsis cōsecutum: vt nō solum illarum insularū rex fuisse traditur: verumetiam ventorū principatū & imperiū accepisse. Hae insulae in freto Siculo viginti quinque milia passuū ab Italia absunt. Vulcaniae ab Italis

Vulcāie Lypare Hiera vocatae Numero septē sunt. Lypare nomē dedit Lyparis: qui ante Aeolum eam regebat. Alteram Hieram vocant: ea praecipue Vulcano sacra: plurimū colle eminentissimo nocte ardet. Strabo in sexto. Insula Vulcano sacra saxosa tota: & deserta: ignita. Trifariaque quasi ternis ex crateribus efflat: Equorū sane maximo laminas flammine eructuat. E longa vero creditum est obseruatione: flammas ipsas flatibus cōcitari. Nunc hic: nunc in Aethna: quibus cessantibus: cessant & flammae. Nec id ratione caret. Venti enim e marinis exhalationibus captantes originem & generantur: & nutriuntur adeo: vt de cognata materia accidentique ignis incensus spectatores ipsos

mirari non sinit. Inde militaliter effictũ est Vulcanũ ob diffor mitatem in hunc specum ab ethereo axe dilapsum: fulmina Ioui fabricare. Virgilius.

Insula Sicaniũ iuxta latus æoliũqȝ.
Erigit Lipare: fumantibus ardua saxis.
Quam subter specus ciclopũ exesa caminis.
Antra ætnea tonant: validiqȝ incudibus ictus.
Auditi referunt gemitũ: striduntqȝ cauernis.
Structura Calybum & fornacibus ignis anhelat Vulcani domus & Vulcania nomine tellus. Hoc tũc ignipotẽs cœlo descẽdit: ab alto. Ferrum exercebant vasto ciclopes in antro. Bronteſqȝ & Steropes: & nudus membra Piragmon. Strongyle tertia æoli domus. Hæc efficit qđ ex eius fumo potissimũ incolæ præsentiscunt: qui nam flatus in triduo sunt futuri. Si enĩ spiraturus est auster: nebulosam circum insulam effundit caliginem (inqt Strabo) allegans Empedoclẽ: vt longe Sicilia cerni neqat. Flante vero Borea puras flãmas emitti & altius extolli ac maiores emitti strepitus. Zephyrum autem medium quendam ordinem tenere. Hic vates æoli domicilium fore perhibent. Rex Aeolus antro luctantes ventos tempestateſqȝ sonoras: Imperio premit. Quarta est quam a forma quoqȝ dydimã Id est gemellam vocarunt. E cæteris Eraculsam & Phenicussam ab arbustis vocauere. Ad pascua enim prorsus ommissæ fuere: Septima in mare magis exposita est. Enonima: id est sinistra vocata: quoniã Elypara in Siciliam nauigantibus sinistra maxime offert: His insulis nulla vicinior q̃ Sicilia e conspectu Italiæ posita a diffusis tribus famatissimis promontorijs: quibus munita est Trinacria appellata. quorũ vnum Pachinum dicit: qui mons ad Orientem solem in Polopenensiũ plagã spectat. Et gloriosam illã Syracusanoꝝ ciuitatẽ sub pedibus tenet. Maximũ olim tyrannorũ domiciliũ: in qua (vt inquit Solinus) cũ hiberna vertilant serena: nullo non die sol est Et Arethusa fons in hac vrbe est cuius Nymphã inuocat Maro. Theocritũ Syracusanũ in buccolico imitatus carmine. Extremũ hunc Arethusa mihi cõcede laborem. Alterum montẽ Pelorum vocant: qui ad Boream versus Italiam respiciens: soli præstat temperie: quod neqȝ humido in lutum diluit: neqȝ

Strongyle
Dydiæ
Ereculsa vel Erepusa
Phenicussa al. phenicus
Enonia.
Sicilia
Trinacria
Pachinũ
Syracuse
Aretusa
Pelorũ mons

fatiscat siccitate in puluerem: vi introrsum recedit: & in latitudinem panditur: Tres lacus obtinet: quorum vnus pisciũ copiosus est: quem admirandum dixerim: ꝙ proximas cum densis arbustis inter virgultorũ opaca feras nutriat. Præbet itaq; piscandi venandiq; facultatem. Tertium ara sacrum approbat: quæ in medio sita: peruia diuidit a profũdis. Qua ad eam pergitur: crurotenus peruenitur: a qua (quod vltra est) nec explorari licet: nec attingi. Et si sit qui id ausus est: malo plectitur: quantãq; sui partem ingurgitauerit: tantum it perditũ Verum ex Peloro quod ad Italiam conspicit: nauigando illic nimium perniciosissima efficitur: cum angustus sit ad modũ limes & sinuosus: nec sine vehemẽti impetu intercludit mare Ibi enĩ vastis absorptum spelũcis: quas ab Ionio Neptunoq; incisas ferunt: horrendis plærũq; mugitibus fremit: ob asperas vndiq; cautes: quas hinc atq; hinc marini fatigant fluctus

Scylla

Seneca. Scylla pulsatis resonat cauernis. Nam credit antiquitas Siciliã iunctam fuisse Italiæ. Et pelorũ Siciliæ partem esse Apennini: sed cũ ea parte vehementer depressa esset Italia: terræ motu vel mole vndarũ cũ locus scinderetur: mare irrupisse: & Siciliã a continenti diuisisse. Virgilius. Dissiluisse ferũt cum protinus vtraq; tellus. Vna foret medio vi pontus & vndis. Hesperiũ siculo latus abscidit aruaq; & vrbes. Litore diductas angusto interluit æstu. In quod mare Scylla Phorci filia præcipitata est: dum inguina sua latrantibus catulis deformia conspexerat: In vndis per herbipotentẽ Cyrcen veneno turbatis: ob Glaucũ quẽ vtraq; non sine magno alterius liuore adamabat: Eius latratũ horrẽdũ: nauitæ circa Pelorũ soluturi adhuc persentiscunt: nec sine tremore pectoris prætereunt. Leuum Pelori latus carybdis occupat periculum: vasta voragine vniuersa absorbens. Seneca. At mare totũ timuere nautæ. Quod rapas hausit: reuomit charybdis. Pristæ illius naturæ ac rapinæ non immemor: dum bouis Herculi sublatos non indigua mercede Iouis ira tenebat: Qui postꝗ in illam fulmen eiaculatus erat: in hũc cæcum gurgitem præcipitem dedit. Tertium Siciliæ promõtorium Lilybæum aduersus Zephyri erumpentis impetum videtur prorsus insurgere: cui ciuitas adhæret eiusdem nominis Sibyllæ sepulchro:

Sepulcrũ Sibyllæ

clarissima intra insulā est Aethna: in qua sacra Cereris ædes Aethna
est: Ea montanas amplectit̄: planities totas arabiles loca eius
superiora: tū nuda: tum cinerosa sunt: & per hyemē niuibus
referta. Cæterum inferiora siluis & varijs arborum conditio
nibus ꝑtita: adeo: vt campus ille Aethneusis ī floribus semꝑ
& omni vernās die. Ouidius. Silua coronat aquis cingens la
tus omne suis. Frondibus: vt velo phœbeos sūmouet ignes.
Perpetuū ver est: Quē prope comptū est demersum foramen
quo Ditem patrem ad raptus Proserpinæ Cereris filiæ Libe:
ræ gressum extulisse ferunt. Ipsa vero montis cacumina mul-
tas suscipiunt mutationes vescentibus incendijs: nunc igniti
emittunt̄ riui: nunc flāmæ fumosæue caligines: adeo ꝙ mira-
bile dictu est: nec calor frigore mitigat̄: nec frigus calore dis-
soluit̄. Seneca tragicus. Nec supfusis violet̄ vndis. Aeternis
ignis resonās caminis: nūc ardentes exhalat lapides. Virgi.
Ipse sed horrificis iuxta sonat Aethna ruinis.
Interdūq; atram ꝓrumpit ad æthera nubē.
Turbine fumantē piceo: & candente fauilla.
Interdū scopulos: auulsaq; viscera montis.
Erigit eructans liquefactaq; saxa sub auras.
Tum gemitu glomerat: fundoq; exæstuat imo.
Causa ē: Quoniā insula tota cauernosa est: sub terra fluuijs et
igne blenissima. Calidarū aquarum scaturigines multis in lo
cis habet. Sub hoc monte sepultus est immanis ille gigas En- Encela-
celadus: in quem eiaculatus erat fulmina Iupiter: dum ip- des gi-
sum ab sua sede pellere conaretur: alijs adiutus fratribus. Se- gas
neca. Et ferus ciclopes metuit parentem. Rupe feruentis re-
sidsē in Aethne. Hæc insula Achatem (scribit Solinus) lapidē Achates
primum edidit in fluminis ripis repertum: non vilem cum ibi lapis
tantum inueniretur. Quippe inter scribentes eum pene natu
ralibus sic notant formis: vt cum optimus est: varias præsefe-
rat rerum imagines. Deinde annulus Pyrrhi regis qui aduer
sus Romanos bella gessit: non ignobilis famæ fuit: eius gem
ma Achates erat: in quo nouē musæ cū insignibus suis singu
læ: & Apollo tenens cytharā videbāt̄: Nō impssis figuris: sed
ingenitis Nūc diuersis locis appet ī Creta: quē populi coralli
Achatem vocant Corallio similem: sed illitum guttis auro mi

cantibus: & scorpionū ictibus resistentē. Dat India reddentē nūc næmorꝝ nūc aīaliū facies. Nec tamen Corallij non simus īmemores: Refer Solinus Ligusticū mare frutices ꝓcreat: qui quantisꝑ fuerint in aquarꝝ ꝓfundis fluxi sunt tactu. Deinde vbi in supra attollūt̄: naturalibus saxis derogati lapides fiunt Nec solum qualitas illis: sed color vertit̄: nam puniceo ꝓtinus erubescunt. Hæ virgæ primū indurere a capite Medusæ: cui erant suppositæ a Perseo: dum marinā beluā Andromedi puelle obiectā interfecerat. Ouidius in fine quarti.

De Corallio

Anguiferūqꝫ caput ne duraue ledat harena: Mollit humū: folijs natasqꝫ sub æquore virgas. Sternit: & imponit phorcymidos ora Medusæ. Virga recens bibulaqꝫ etiam nūc viua medulla Vim rapuit: monstri tactuqꝫ induruit huius. Nūc q̄qꝫ corallijs eadē natura remansit. Verū ex Sicilia ad austrū versus transitus est in Libyā: ad alterius Syrtis initiū. Altera aūt facile conspicit̄: si quis retorserit se ad Italiæ litora. Huius vero e conspectu geminæ insulæ visunt̄: quarꝝ vna Menix dicit̄: altera Gorthyna: quæ portū in Libyā præstāt. Verū ad sinistrā Adriatici sinus: atqꝫ ad Iapagiam versus puta Apuliā: cui iapix Dedali filius nomen dedit (auctore Virgilio in vndecio) Victor Gargani condebat Iapigis agris. Insula emergit̄: quæ olim a Dyomede cōdita ab eo est: etiam Dyomedea appellata vt refert Anthonius. Arestoteles tamen in libro de auditu mirabiliū ait Diomedem ab Aenea occisum: & loca in q̄bus imperauerat occupata. Interfecto illo: honores diuini ī insula ab eo Dyomedea appellata: & templū constitutū est. Eius aūt socij in aues conuersi: insulam illā incolunt: Dyomedeæqꝫ a latinis. A græcis Herodij vocatæ: quibus (vt scribit Solinus) color est candidus: ignei oculi: ora dentata: Congregati volitāt cū fœtificū tempus adest: rostro strobes excauant: Græcis illic adnauigantibus læte applaudūt. Cæteros hoīes infestāt. Virgilius in vndecimo. Nūc etiā horribili visu portenta sequunt̄. Et socij amissi petierūt æthera pēnis. Deinde ad orientē versus longe ille tractus insularꝝ aperit̄ ab Syrti: q̄ quondam homnies ex Colcho ꝓfectos irrupisse dicit̄: dum fugientem Medeā ꝓsequerēt̄. Ac deinde Liburnides sitæ Ad Austrū autē versus post Ceraunij montis prærupta promōtoria Epi

Menix Gorthyna

Iapigia apulia

Garganus mōs apuliæ

Dyomedeæ insulæ

Heodi⁹ dyomedea auis

Absyrtides insulæ ab absyrto rege: a Medea interfecto.

ri a crebro fulminũ iactu ꝓpter altitudinẽ nominata: Virgili/ us Prouehimur pelago vicina teraunia iuxta. Insulæ quædã abijciuntur: quas Ambracias vocant. Tum etiam & Corcyra cõspicit: insula fertilis & copiosa: ac veteris illius Alcinoi cla/ rissima quondã & spectatissima regio. Cui maxĩe adiacet Ne/ ricia Ithacæ tellus optatissima: & ipa olim Vlyssis patria. Hic Dulichium Same siue Cephaleniæ Zacinctos neritos omnes sub græcoꝝ ditione potentes insulæ. Virgilius.

Iam medio apparet fluctu næmorosa Zacinthes
Dulichiũq; Sameq; & Neritos ardua saxis.
Effugimus scopulos Ithacæ Laertia regna.
Et terram altericem sæui execramur Vlyssis.

Multæ quoq; aliæ insulæ sunt ad Boream: quoꝝ vna Echila et Cythera altera: & Caluaria reliqua: atq; ad aliã conuersa ptẽ: quæ respicit Occidentẽ carpatos: Nec lõge ab his sita est Cre/ ta insula ꝑpulchra & fæcunda frugũ vbertate: & pascuis copi osissima: meracissimoq; inundans vino. Hæc sũmi Iouis nu/ trix perhibet. Cum enĩ Saturnus a Themide fatidica dea ac/ cepisset: se a filio pulsum iri regno: vorabat omnes filios q̄ de Rhea vxore timeret. Sed nati Iouis pulchritudine delectata clam illum sustulit: & nynphas in monte. Dicteo alendũ tra/ didit: vbi ab apibus nutritus: & adhibiti sũt Curetes & Chori bantes: qui æris tinnitu ꝓhiberent audiri pueri vagitũ. Virgi

Creta Iouis magni: media iacet insula ponto.
Mons Idæus vbi & gentis cunabula nr̄æ.
Centum vrbes habitant magnas vberrima regna.

Nam in medio vbi latissima pandit (vt scribit Strabo in deci/ mo) mons Idæus surgit: Ibi silua exorit referta fragratissimis cupressis. Ciuitates habet plures: quibus olim ille senex Mi/ nos impitabat: cum eius cõiunx (qđ fœdũ relatu) illecebroso vexata pruritu: sub thauri cõplexus venerat: Et Minothauꝝ enixa est. Virgilius.

Ah virgo demens: quæ te dementia cœpit
Pretydes impleruntfalsis mugitibus agros.
Ad nõ tam turpes pecudũ tñ vlla secuta est.
Cõcubitus.

Scribit Solinus q̄ ager creticus siluestriũ capraꝝ copiosus est. Ceruo eget. Lupos: vulpes: aliaq; quadrupedũ

Lyburnides
Ceraunius mõs
Ambracie
Corcira
Neritia
Ithaca
Dulichium
Same
Cephaleniæ
Zacĩtes
Neritos
Echila
Cythera
Caluaria
Carpatos
Creta
Dictæ9 mons
Idæus mons
Cupressus

noxia nusq̃ educat. serpẽs nulla: larga vitis: mira solis indul-
gentia. Arborarij ꝓuentus abũdantes. Nã in huius tm̃ insule
Altmos ꝑte repullulãt sese cupressi. Herba ibi est: quæ Altmos dicit̃:
Rhodos ea admorsa: diurnã famẽ ꝓhibet. Auẽ noctuã Creta nõ habet
Chelido & si inuehat̃: morit̃ hinc deinde. Obiecta est Rhodos insula:
niæ vbi raro phœbeos ignes vapor in nubẽ coactus fugat. Et ipsa
ab ægyptijs quondã cõdita: & Iasilioꝝ pulcherrima colonia.
Veꝝ ad Orientẽ Chelidoniæ sitæ sunt tres numero: atq̧ Pa-
Patha- thareidos obiectæ vertici. Tũ vero præclara illa Cyprus intra
reidos Pãphiliæ sinũ sita: gratissima Veneris Dioneæ regio. Hic enĩ
Cyprus Cythera ciuitas: vbi nutrita est. Inde Cythereia ꝑhibet̃. Et est
Cythera insula etiã vltima ex cicladib⁹ vel Laconiæ In neutro dũtaxat
genere cũ plurali inflexione dicit̃. Virgilius. Hũc ego sopitũ
somno sup alta Cythera. At sup Idaliũ sacrata sede recondã.
Amara- Hæc insula abũdat herba: quã Thusci Persã appellãt. Latini
cus sam Amaracũ siue Sansucũ. Vulgus Maioranã. In quã puer regi-
suc⁹ her us: dũ casu lapsus ferret vnguenta: maiorẽq̧ effusione odo-
ba rem creauit: mutatus dicit̃. Vir. Idaliæ lucos vbi mollis ama
racus illũ. Floribus & dulci aspirãs cõplectit̃ vmbra. Nec lõ
Diados ge a Phenitia posita est Diados: intra ipsius amplissimũ spa-
Abãtes ciũ: ac in conspectu Suniados collis supra Abantes populos
Salamĩa Salamina conspicit̃ & Egina: vbi mirabilis quædã Aegei ma
Egina ris apparet altitudo. Tametsi ĩnumerabiles pene in eo insulæ
cõiectæ sũt: quæ miro quodã inter se ordine ita disponũt̃: vt
arte potius q̃ natura structæ videat̃. Protedũt enĩ vsq̧ ad Hel
lespontũ: in q̃ quidẽ a leua potissimũ: vbi Europa cõterminat:
Sestos Sestos est sita: & Abydos a dextra illi prorsus e regione posi-
Abydos ta: quaꝝ distantiã creberrime metitus erat Abydæus ille Le-
ander: dũ ꝑ Hellesponti vndas ad lunæ radios ad puellã He-
Macris ro alterius ciuitatis alumnã nataret. Ouidius. Vel tua me Se-
insula stos: vel te mea sumat Abydos. Tam tua terra mihi: q̃ tibi no
Sciathos stra placet. Veꝝ ad Europã versus Macris erigit̃: ab Abbanti
Pepare- bus olim condita. Tũ etiã maxime quæ ventis infringit̃: Sci-
thos atos ac Peperatos: Nec longe ab his Lemnos: in quã Vulca-
Femnos nus ob deformitatẽ ab æetherea sede fracta poplitis iũctura ꝑ-
Tasos cipitatus fert̃: nec ꝓcul antiq̃ illa Tasos Cereris cultrix. Tum
Ymbros etiã & Ymbros vnde Scatini Tracia illa & ꝓuulgata emicat:
Samos

Samos vetus olim Lirbantũ colonia. Virgilius in septimo.
Threiciaq; Samũ quæ nunc Samothracia fertur. Quæ vero
primam Asiæ frontem tenent: & circũsistunt Delon ab ea cir=
cuitione Cyclades a græcis sunt appellatæ: auctore Solino in Ciclades
quiente. Cyclades autumant dictas: quia licet spacijs longio=
ribus a Delo proiectæ: in orbem tamen circa Delon sitæ sũt.
Orbem aũt Cyclon Gray ferunt Chias Homeri tumulo cæte Chias
ras antecedit. Meminisse tñ hoc loco par est post primũ dilu=
uiũ Ogygij temporibus notatũ: cũ nouẽ & amplius mẽsibus Ogigius
diẽ cõtinua nox inumbrasset. Delon aũt oẽs terras radijs solis Delos
illuminatũ: forsitanq; inde nomẽ tulit: q̃ primũ reddita foret
visibus. Hæc scd'm Pliniũ clarissima Cycladũ media: & tẽplo
Apollinis: et mercatura celebrata: quæ diufluctuata (vt pdit)
sola motũ terræ nõ sensit. Vir. Quã pius arcitenens oras & li
tora circũ Errãtẽ Micõe celsa Gyroq; reuīxit. Immotãq; coli Micone
dedit: & cõtemnere vẽtos. Hæc primũ excepit Latonã cœle= Gyaro
sti Iouis semine grauidã: dũ dudũ p maria & terras iniquæ Iu
nonis munere errasset. Hic enixa est gemellos: Phœbũ & Di
anam. Latone templo (vt inqt Strabo in decimoquarto) Cyn Cynth9
thus mons sublimis & asper: totiq; Apollinis vrbi incumbit. Ionides
Cycladibus propinqui sũt Ionides & Caunos. Samos quoq; Caunos
gratissima Iunonis pelasgidos sedes (quoniã in ea adoleuit et
Ioui nupsit) antiquissimũ habet templũ: & simulachrum habi
tu nubentis figuratũ: & sacra eius anniuersaria nuptiaꝝ ritu
celebrant̃. Virgilius. Post habita coluisse Samo: hic illius ar
ma. Huic (auctore Strabone in decimoquarto) adiacet Icaria Icaria
a qua Icarium pelagus nominat̃. Ea nomẽ habet ab Icaro De
dali filio: quẽ aiũt paternæ fugæ comitẽ. Cũ ambo a Creta au
fugissent: ex inextricabili Labyrintho in has vndas cecidisse:
dum se altius q̃ genitor ediderat: in auras subleuasset: ad solis
radios feruefacta cære pennæ effluxerũt. Ouidius in octauo
metha. Altius egit iter rapidi vicinia solis.
Mollit odoratas pennaꝝ vincula cæras.
Tabuerant cæræ: nudos quatit ille lacertos.
Oraq; cærulea patriũ clamantia nomẽ.
Excipiunt̃ aquæ: quæ nomẽ traxit ab illo.
Tũ etiam Chios sub excelsi Palmei montis radicibus posita. Chios Lesbos

Propontis deinde Aeolidum insularũ rupes: Lesbos scilicet & Tenedos Arginorũ quondam dolosa statio: e medijs erigunt̃ fluctibus Ex quibus Melas & Colphis amnes in Hellespontũ dilabũt̃. Inde vero Boreã versus Propõtidis maris fluctus vndiq; aperiunt̃: & dilatant̃ vsq; ad aditũ Euxini maris. Ad sinistrã versus alia quædã cõspicit̃ insula: famatissima qdẽ olim sedẽ maximorꝝ heroꝝ. Nã ferũt ibi Achillis aĩam ac cæteroꝝ fortissimoꝝ hoĩm inter mõtiũ illius prærupta versari. (Leuca) Huiusmodiq; grãm tales viros a dijs dono ob eorum virtutẽ consecutos: vt ĩmortales efficerent̃. Cũ ipsa virtus ĩmortalis sit: & ĩmortalẽ gloriã cõsequi necesse est. (Cimeriꝰ) Eam enĩ ob id ꝙ pecora omnia candido vellere pariat: græci Leucam appellauerunt. (Meotis) Nec multo ab ea longe alia quædã erigit̃: ampla quidẽ & magno quodã dimensa tractu: quæ in Cymerium Bophorꝝ recta nauiganti bus via præ cæteris occurrit. (Phenagora) E regione Meotidis paludis ad dextram sita. (Hermonossa) Ea enĩ est in qua conditæ sũt Phenagora & Monossa ciuitates: quas & qui cõdiderunt: Ionij colunt. Hæ sunt omnes insulæ: quæ intra hæc mediterranea maria fama & celebritate aliqua potuerũt ad cognitionẽ nr̃am peruenire. Verũtamẽ quæ in amplissimo coartant̃ Oceano: cum sint ꝗplures neq; magnitudine: neq; fama nr̃is inferiores: eas prætereundas esse silentio: nõ oportunũ fore duxi. (Erithrea)

DE INSVLIS IN EXTREMO MARI IACENTIBVS

P Rimũ igit̃ de illa dicã quæ in medio Athlantico sita a græcis est. Erythrea vocitata: Hæc tãta aeris benignitate prædita (auctore Anthonio) vt hoĩes pariat cõtinentissimæ ac pene immortalis vitæ: cum diutissime viuant Est & armentoꝝ copia refertissima. Eam vicini æthyopes ꝗ̃ndam incoluere. quo ferunt illuc cõcessisse interempto ab Hercule Cherione: cui boues astulerat. Ouidius. Ecce boues illuc Erythreidas applicat heros: Emensus lõgi clauiger orbis iter Verum ad sũmũ Europe verticẽ: quem sacrum incolæ vocãt: famatissimæ illæ Hesperidũ insulæ cõspiciunt̃: vbi (vt inquit Solinus) sinuoso meatu æstuariũ e mari fertur: adeo flexuosis lateribus tortuosum: vt visentibus procul lapsus angues facta vertigine menti at̃: Itaq; ꝗ hortos appellauere circumdat.

Vndepomoꝝ custodē interpꝛtantes: iter ad fabulosum figmē tum struxerunt: Nam plurimo auro ditissimæ sunt: atq̧ oīa ꝓpe metalloꝝ genera pariunt. Hæc insula frutices aureos & metalla fert frondētia. Ouidius. Arboree frōdes auro radiā te nitentes. Ex auro ramos: ex auro poma ferebant. Nec lō ge ab his admodū: sed magis ad Boreā versus Britannoꝝ in sulæ visunt: cōtra potissimū Rheni hostia. De quibus licet an tea dixerimus: nunc tamē minime prætereunde sunt: quoniā non tantū extolli queunt: quin plus laudis egeant. Amplissi mæ enī sunt: & cæteras oēs magnitudine supant. Neq̧ q̄uis alia diuitiaꝝ copia: aut armētorū multitudine & varietate: aut hominū genere inferiores: Ibi enī stanni & plumbi & multi formis æris materia ex terræ visceribus q̄ facillime eruit̄. Au ro etiā & argēto plurimū pollent. Inter cætera quæ pariūt ar menta: pecudes habent tam mollissimo indutas vellere: vt ad harenaꝝ simitudinē tenuitatēq̧ facile contrahi posset. Equos ꝓducūt q̄plurimos: haud ineptos ad laborē. Sed quæ magis ad occidentē vertit̄: cū primā eius frontē ad Hiberiā cōuertat: ab Hiberis & ipsis olim habitata Hibernia vocitet̄: Ea longe copiosiores equos parit: atq̧ eos huiusmodi: vt non videant̄ nisi quodam suauissimo incessu deambulare a natura didicis se: ac cum quadā quasi modulatione ꝓgredi more regio. Gen tes habet ferocissimas & aptissimas bello: quæ cū pulchro sūt corpore & elato: Membris quoq̧ robustissimis: ac colore can dido: Ingenio quoq̧ & facilitate linguæ plurimū præstāt. Ex tant & aliæ non longe ab his insulæ sitæ: cultrices q̄maxime Bacchi: in quibus amnitaꝝ mulieres olim clarissimorū viroꝝ coronatæ: hedera pendentibusq̧ cornibus intra se quasi com motæ furore quodā cōcitabant̄: atq̧ ingenti clamore Bacchū vociferantes: noctu ipsi deo sacra ex ritu ꝑficiunt: nec multo etiā ab his longe erigit̄: quæ vltima dicit̄ Thile: vbi æstiuo sol sticio (scribit Solinus & Plinius) sole de Cancri sidere facien te transitū: nox pene nulla. Brumali solsticio dies ꝑinde nulla Hæc insula tempore Maronis vltima fuit: de q̄ haberet̄ cogni tio. Vir. Numina sola colant: tibi seruiat vltima Thile. Inde incipiūt Ebrides quinq̧ insulæ numero: quaꝝ incolæ ne sciūt fruges. Piscibus tantū & lacte viuūt: secundā a cōtinenti

Hiberia

Amnitæ populi

Thile

Ebrides

Orcades stationē euntib us Orcades numero tres. Vacant hoīe: nō habent siluas. Tm̄ iunceis herbis inhorrescunt. Cætera earꝝ nudæ harenæ & rupes tenent. Inde si qs ad Scithiā soluturus ad

Chrisia solis ortus nauem inflexerit. Chrisia quæ est altera oceani insula: se offert: in qua sol quoqꝫ purissime emicat. Tū vero ad meridiem e regione cursus verterit: statim occurrit Taprobana pgrandis quidē insula. Multis variarū rerum diuitijs refer

Taprobana ta. Hoīes in Taprobana corpore grādiores. Vltra oīm mēsurā rutulis co.nis: ceruleis oculis: trucioris soni: nullo linguæ cōmercio genti alteri sociant̄. Aetas illis vltra humanā fragilitatē plixa: vt mature pereat qui centenarius morit̄. Dedicata est potissimū Veneri: atqꝫ illi sua psoluūt vota. Et super illius caput Cancer ardentissimū sidus cōtinue p Gyrum circūuertitur: eamqꝫ ppe regionē adurit. Eius pars (auctore Solio) be

Elephantes stijs & elephātib⁹ repleta est maioribus: multo q̄ quos fert India. Partem homines tenēt margaritis & gēmis omnibus scatētē Ibi mare adeo altū: adeo depssum: vt nullæ vnq̄ anchoræ ad pfunda illius ima potuerūt puenire: nulla innauigatione siderū obseruatio: vtpote septentriones nunq̄ inspiciunt̄. Lunā ab octaua in sextādecimā tm̄ supra terram videt. Verꝫ vehūt alites: quarꝫ meatus terrā peteciū regēdi cursus magistros habent. Mirant̄ ibi aurꝫ: & ad grām poculorꝫ oīm gēmarꝫ adhi

Marmorę bent appatū. Secant marmora testudinea varietate. Margari

Margaritæ tas legūt plurimas maxīasqꝫ. Cōchæ sunt in qbus hoc genus lapidū reperit̄. Quæ certo anni tēpore luxuriante cōceptu sitiunt rorē velut maritū. Cuius desiderio hiant: & cū maxīe lunares liquant̄ aspgines: hauriunt humorē cupitū: sic cōcipiūt grauidæqꝫ fiunt. Et si purū fuerit qđ conceperint: candicāt orbiculi lapillorꝫ. Si turbidū: pallore languescūt. Conchis ipsis inest sensus: partus suos maculari timēt. Cūqꝫ flagratioribus radijs excanduerit dies ne fuscent̄. Lapides solis ardore sub

Cete sidūt: ac se pfundis ingurgitāt: vt ab æstu vindicent̄. Cetas habēt passim p litora vagantes: quæ in mari primū rubro depastæ: illuc se ingerunt. Aīalia sane mōstrosa & tantæ magnitudinis: vt colles quidā litoribus aduecti videant̄: quorꝫ dorsum longo spinarꝫ tractu exasperat̄ Infestissime admodū pueris si quis deambulando per litus occurrerit: neqꝫ quispiam alius

si visus fuerit: potuerit facile ex eorum faucibus effugere: cũ adeo deformes esse hiatus ferant: vt cum hominibus ipsis nauẽ sæpenumero deglutierint. Extat præterea alia insula Ogyris: ab incolis appellata. Vetus quoddam Erithracis regis monumentum: e regione Carmanides promontorij sita: a qua si quis ad Boream diuerterit: & ad Persicum mare Icarũ statim offendet: vbi Thauropolitæ Dianæ templum cõspicit: mirabile quidẽ ob vetustatẽ: sed mirabilius singulari quadam rei nouitate. Nam inde semper quidam exhalat fumus: sine vllo prorsus adhibito igne: putridus quidem ac infestus admodũ accedentibus. Hæ qdẽ sunt insulæ: quæ fama aliqua intra oceanũ occludunt: q̃uis nõ inficior: passim etiã q̃plures sitas esse: quaꝝ quidẽ intra libycũ sinũ positæ: quædã intra Asiaticũ: et circa Europæ decliuũ ac intra oceanũ ipsũ: q̃ꝝ licet nõnullæ habitabiles sunt: & gratissimũ plærũq; nauigantibus portũ pstant. Tñ q̃a ignobiles pstiterũt: nec satis a nobis pspectæ: nõ solũ mihi difficile fuit: sed etiam supfluũ visum est eaꝝ nomina & situs aperire. Ogyris Templũ Dianæ

DE ASIA TERTIA MVNDI PARTE.

Siæ formam cum aliam esse dixerint: Illud tamen certissime constat (vt Anthonius refert) eam sibi cuiusdã Conij imaginem duxisse. Nam cum ab amplitudine tanq̃ a latissima quadam basi eius aditum incipiat: deducitur tamen paulatim: & ad extrema vsq; protendit: vbi Dionysij columnæ conspiciunt sitæ: vbi & Indi qui extrema illa occupant intra montes sunt positi: vbi & Ganges candidis vndis per latissimũ alueum in Niseum vsq; litus deuoluitur. Ea enĩ cum a monte Thauro diuidat: quæ citerior est. Neq; illi superiori par esse magnitudine dicit: neq; etiam forma cõsimilis. Ipsa enĩ est quæ influentẽ pontũ habet: atq; in ea ipse principatũ tenet. Altera vero quæ amplior est: multũ interfundit oceano. Verum mons ipse Thaurus: qui vniuersam (vt diximus) per medium disiũgit: a Panphilia incipiens: ad Indos vsq; ptenditur. Qui quidem cum nõnunq̃ altius erigatur: ac eius capita recuruet: quasi quædam reflexa boum cornua: qui ad saltũ erigerent: ab ea similitudĩe Thaurus est appellatus. Ex eo infiniti pene fontes & flumĩa exoriũt: quoꝝ quædã versus Colũnæ Dionisij Thaurus

Boream dilabuntur: quædam meridiem petunt: quædã etiam ad Eurũ & ad Zephyrũ conuersa: cum ob regiones quas interluunt: varia etiam sint nomina consecuta: haud facile omnium noĩa aparere. Id enĩ curæ sit eorũ maxime: qui illa circũhabitant loca. Solũ illud dicendum a nobis erit: quæ flumina: quæue gentes sint illæ: quæ fama aliqua poterunt ad cognitionis lucem puenire: Meote igit̃ & Sauromate cum superiorem Asiæ partem occupant: quæ ad Boram conspicit: primi etiã occurrũt: vt eos cæteris in hoc ordine præferamus. Meote (vt scribit Strabo in vndecimo) Minorem Rombiten incolũt homines operarij & agricultores: non minus q̃ Numades bellicosi: quorũ q Tanaim incolunt: agrestiores sunt. Sauromate vero (vt inquit Anthonius) sunt qui Meotidẽ paludem circũhabitant: ex Amaçonũ quondã semine (vt dicitur) procreati. Nam ferunt: cum illæ a patria profugissent: atq; e conspectu Thermodoõtis fluminis: castra metitæ fuissẽt: cũ Sauromatis ipsis se cõmiscuisse: vt qui ex eis ꝓgeniti fuissent: forent viri: & bellicosi euaderent. Nec mirũ: proles enĩ sæpissime parentum vigorem præsefert & mores. Scribit enĩ Strabo in vndecimo de Amaçonibus: Hæc Amações dicunt̃ habitare sub radicibus montiũ Caucaseoꝝ: qui Ceraunia vocant̃: Et eaꝝ alias operari: quæ ad aratione̅ insitionẽq; pertinẽt: sed præcipuã pascendorũ equorũ curam habere. Robustiores vero in equis venationes & bella exercere: oẽs ab infantia dextrã mamillã exustam habent: vt abilius liberiusq; ad omnẽ vsum brachio vti possent. Sed in primis ad iaculationẽ: vti arcu: securi: & pelta: e ferarum pellibus conficere galeas: subligacula: et alia experimenta. Virgilius in vndecimo.

Meotæ Sauromatæ Rombites Tanais Thermodoõtis Amaçones Ceraunia

Quales Threiciæ cum flumina Thermodõtis pulsant.
Et pictis bellant̃ Amaçones armis.
Seu circũ Hippolites: seu cum se maria curru.
Penthesilea refert magnoq; vlulante tumultu.
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.

Easdẽ refert Strabo menses duos viros eximios habere: q̃bus montẽ ꝓximũ cõscendũt: q eas disiungit a Gagarẽsibus: quo & illi more quodam puetusto sacrificant: & prolis gr̃a cũ mulieribus coeũt. Idq; obscure in tenebras in quacũq; inciderint:

quas postq̃ pregnantes fecerint: remittunt illas: Si fœminam peperint: secum retinent: si mares illos tollendos reddũt. Sed redeundũ nũc ad Sauromatas: vnde diuertimus parũp. Hi vastam quandã & pgrandẽ siluã inhabitant: densissimis passim arboribus insertam. Cuius p mediũ tractus Tanais intra propinquã paludẽ dilabit̃. Ipse est fluuius ille qui ab Asia Europã disiungit: cũ ad occidentẽ Europam relinquat: & ad ortũ Asiam. Ex ea fontes q̃plures & riui scatent: qui p Caucasum dilabantes: intra saxa & conualles ĩmurmurant. Verũ q amplior est: p Scithiã diffusus multoq; inflatus Borea: imensam illuc conuehit glatiem. Infœlices illos facit qui vicina incolunt loca. Nam quotiens spirante Borea (inquit Veronẽsis) frigus inoleuerit: totiens interire præoculis aut equi conspiciuntur: aut muli: aut ipsa armenta gelu contrahi. Et errantes passim per siluas pecudes: supremum vale decantare. Nec homines quoq; tute intra tecta & obstrusa domicilia cõsistere posse: & ipsi vna cum armentis eorum prorsus interirent: nisi obseruata tempestate cum occlusis curribus ad mitiores regiones effugerent. Nam in curribus degunt (auctore Strabõe in vndecimo) Scitharũ etiã interius habitantiũ (auctore Solino) asperior ritus est. Specus incolũt: Pocula non vt Essedones de pximorum ossibus auro incinctis: sed de inimicorũ capitibus molliuntur. Amant prœlia interemptorũ: cruorem ex vulneribus ipsis bibunt: numero cædiũ honor crescit: quarũ expertem apud eos pphanũ est. Verum qui Sauromatis ppiora tenent loca: Sydi vocantur. Tum etiam & Cymerij qui Euxino adhærent ponto. Tercerij quoq; & Orete: & quos ferunt quondam a Xanto & ab Idæo simeonte post debellatã Troia illuc vna cũ eorũ duce aduersis ventis venere: depulsis Acheis: quorum ora (vt scribit Strabo) magna ex parte mõtosa & impetuosa: cum Caucasi pars sit. Ex maritimis latrocinijs viuunt. Lembos habent exiles arctos & leues: vigĩtiquinq; hominum capaces. Ex quibus classem comparantes: & interdũ ad naues onerarias: interdũ ad regionẽ vel vrbẽ aliquã nauigãtes mari dñant̃. Hi cũ domũ repetũt: & vltra nauigare non possũt. Lembos humeris impositos in siluã referunt: In q̃bus habitantes tenue solum arant. Rursus cum nauigãdi tempus

Scithæ

Sydi

Cymerij

Tercerij

Orete

Acheia

Lembus

Zingij Heniochi Tindaridæ Pontus euxinus

adest: in mare referunt: eorũ eorundẽ morũ sicut Zingi & Heniochi proximi illis. Deinde vero ad extremũ ponti Tindaridæ: quem pontum (inquit Strabo in septimo) priori tempestate nulli patuisse nauigationi: & ꝓinde Axenõ id est in hospitalẽ pontũ appellari solitũ ꝓpter tẽpestuosa & ꝑ hyemes inclusa loca & accolaꝝ ĩmanitatẽ maxime Scithaꝝ hospites immolare solitoꝝ & vescẽtiũ: humanis carnibus & ꝓ pateris caluareas vsurpantiũ: Nouissime autẽ cũ Iones ĩ litore vrbes cõdidissent Euxinũ id est benignũ hospitẽ vocari cœptũ est: Per vniuersum pontũ fiber plurimus est: quẽ alio vocabulo Castorẽ dicunt. Et ꝓuentu maloꝝ graminũ adeo celebris: vt noxias herbas Aconita generet. Post Tindaridas Colchi: q Caucaso adhærent: olim ex ægypto ꝓfecti: vbi ipse quoq; caucasus (vt inquit Strabo) vtriq; pelago ĩminet: & pontico & Caspio muniens Isthinũ: q ea dirimit. Is austꝝ versus Albaniã Hiberiãq; disterminat. Septẽtrionẽ versus Sarmaticos campos arboribus & omnigena silua plenos. Altissimis extolliẗ collibus: ex quibus quidẽ Phasis fluuius dilabẽs: in Euxinum deflectiẗ. Exoriẗ tamen ab initio ex monte Armeno: q inter Orientem & Boream tractus Isthinũ quendã facit: qui Caspio & Euxino mari occluditẽ: quẽ iam pridẽ Hiberes illi occuparũt qui quondã a Pyreneis montibus profecti in eam Oriẽtis ꝑtem irrupuerunt. Homines profecto bellicosissimi: & vicinis Hircanis infestissimi. Hi enĩ ob maris diluuiũ: quod quõdã eorum oram inundabat. Italiam petiere: a Romanis agros postulantes: qui cum recusarent se daturos: ꝑ mediterraneũ mare Hiberis atrocissimis bellis in Asiam vsq; per Scithiam & aliã minoris Asiæ regionem peruenerunt. Diues tamen Colchorum regio nobis nõ prætereunda est: quæ (auctore Strabone in vndecimo) magna ex parte ad mare ꝓtendit. Hãc Phasis illabiẗ ingens flumen: quod ortum ex Armenia ducẽs: glaucũ in se recipit: atq; Lyppum e vicinis cadentes mõtibus. Hæc litora & fluminis hostia amœnissima sunt: regio fructibus & oĩbus quæ ad fabricandas naues pertinent oportuna. Mel tamen frequentius amarum est: sed cæram aut picem præcipue gignit. Secus hæc flumina In Colchica regione est Leuchateæ phanum: quod Phrixus condidit: atq; illius oraculũ: vbi ari

Mala gramĩa Cochi Caucasꝰ

Phasis

Hiberes

Glaucus Hippus

Melamarum

es non mactatur. Is diues olim erat Apud Caucasi extrema tenentes. Torrentes aurum dicuntur deferre: quod Barbari perforatis tabulis ac lanosis pellibus excipiunt. Vnde aurati vel leris fabula conficta: qd' Iason petiuerat: Medeae magicis instructus artibus. Tum & Thameritae positi: qui olim Bacchũ ab Indica victoria redeuntem non solum exceperant hospitio: sed etiam solennia illi sacra constituerant agitantes choreas circa torcularia: quo adspumaret musto. Accingebant enĩ cingulis ex chorio. Induticp dammarũ pelles: Ohe Bacche q̃si Nisam proclamabãt. His vero de ppe Caspiũ allidit mare: quod spero facile descripturũ. Inquit Anthonius. Si modo id nisi deus concesserit: non vt qui procul illius semitas conspicio: nec q̃ vnq̃ illuc me traiecerim: aut viserim illius situm aut formam: aut vt plaerique consueuere: qui nullam aliam foelicitatem existimant: q̃ plurimas circumeundo: diuitias accumulare: quo sibi aurum aggregent: polliceantque vndique margaritas. Ac preciosis eorum atria lapidibus exornent: cum non ea a parentibus mihi relicta sit disciplina. Sed vt ille quem vsque ab ineunte aetate adolescentia litterarum studia erudierũt: quibus euenit: vt quae etiam remotissima sunt: tanq̃ praesentia intuear: atque optima mẽte & cogitatione: quae sine vllo prorsus errore possim facile metiri. Caspij igitur maris forma (inquit Anthonius) huiusmodi est: vt maxime in Gyrum & circularem ambitum flectatur. Ab oceano enim qui scitu um litus ad Boream illidat: exoriri certissimum est: Vnde per oculta ab initio & deserta diffusum loca in Austrum per longas angustias extenditur: donec dilatatum paulatim & in amplissima contractum spacia: Caucasi montis radicibus adhaeserit. Est enim illius vsus nauigabilis: ac perutilis admodum omnibus temporibus anni: praeterque in mensibus tribus: quibus efflante Borea: tractus oceani vehementissimo aduersus impetu insurgit. Parit enim multa precio & admiratione digna. Nam ex eo prae caeteris quae inde asportantur Cristallus quoque & Iaspis lapis preciosus: Qui cum caerei sit coloris: inimicari q̃maxime dicitur vanis imaginibus: erroribus nocturnis gentes circumhabitant innumerabilis pene multitudinis; Sed vt ab eo latere incipiam quod ad boream

Aureũ vellus

Thamaritae

Caspiũ mare

Cristallus

Iaspis

Scithæ tendit: primi eminent Scithæ: & illi potissimum qui ad saturnium mare inuertunt prope Caspij maris ostium. De quibus
Essedones Solinus Scitharum inquit interius habitantiũ asperior ritus ẽ. Specus incolunt: pocula nõ vt Essedones de propinquorũ ossibus auro incinctis: sed de inimicorũ capitibus moliuntur. Amant prœlia interemptorũ: cruorem ex vulneribus ipsis bibunt: numero cædium honor crescit: quarũ expertẽ apud eos prophanũ est. Essedonum inquit idem in Asiatica parte mos est: parentum vulnera: funera cantibus prosequi: & proximorum cadauera dentibus laniare. Pecudum quoq; carnibus mixta dapes facere. Capitum etiam ossa auro incincta in pocula tradere. Nec posthabeamus dictũ Strabonis in septimo. Scithæ hospites imolant: & corporibus vescuntur: & capitũ ossibus paterarũ vice vtunt̃. Addit etiam quosdam fore equarũ
Humi populi mulsores et lactiphagos. Tũ vero Humi et demũ Caspij ipsi et Albani qui (vt inqt Strabo) pastorales sunt: et numadũ ge
Caspia Albania neri proximi: et eorum canes excellentes venatores sunt. Studio magis q̃ arte deos colunt Solem et Iouem ac lunam et præcipue senectutem venerantur. Non parentũ modo: sed etiam cæterorum mortuorũ curam habere aut meminisse nefas est. Nam cum mortuis pecunias defodiunt. Solinus. Albani albocrine nascuntur. Canitiem habent auspicium. Capillorum capitis itaq; color genti nomen dedit. Glauca oculis inest pupillo: ideo nocte prius q̃ die cernunt. apud hos populos nati ca-
Cadesij nes feris omnibus abijciuntur: Frangunt thauros: leones perimunt. Detinent quicquid obiectum est. Hoc genus canum ad formam crescit amplissimam: terrificis latratibus vltra leo
Mardi num rugitus insonans. Cadesij vero intra asperos montes po
Tircani siti: vicinos habent Mardos: & deinde Hircanos & Appos:
Appi refert Strabo Hircaniam valde opulentam: & multa & ma-
Hircãia gna ex parte planitie & præclaris vrbibns adornatã. Ibi frumentum ex fructu nascitur: qui cadit in culmo: in arboribus mellificatur: ex folijs mel fluit: quod etiam in Maciana medie & in Sagagena Armeniæ: & ĩ Araxena fit. Aristobulus Hircaniam inquit siluosam quercũ & pinũ abietẽ gignere: & (auctore Solino) hæc genus siluis aspa copiosa in manibus feris fœtaq; Tigribus: Qđ bestiarũ genus insigne maculis est: pe

dum motus nescio velocitas an pernitia magis adiuuet: nihil tam longum est: qd nō breui penetrent: nihil adeo antecedit: q non ilico assequant. Ac maxime eaꝝ potentia prædicat: cū maternis curis incitant: cum catuloꝝ insistūt raptoribus: succedūt sibi equites: licet & astu quantalibet fuga amoueri prædam velint: nisi i præsidio maria fuerint: frustra est ausū omē notantur frequentissime: si quando latrōes suos asportatis catulis renauigantes: vident in litore irritata rabie fædare præcipites: velut ꝓpriā tarditatē voluntaria castigantes ruina: q̄q̄ de fœtu vniuerso vix vnus queat subtrahi: qui semꝑ numerosus est (auctore Plinio) & q̄q̄ ab insidiante venatore capit: & in equo velocissimo subito deducit: fera spoliat catulis: vacuum cubile repiens: præceps fert odore: ferentē catulos inuestigans venator percepto fremitu: vnum insequenti abijcit catulū: quē illa tollens ad suas ducit latebras: rursus illa redeunte: raptor cum residuis nauē scandit: Qui vero oēs catulos auferre conat: specula magna in itinere relinquit: quæ mater insequēs: dū intuet suā imaginē: fœtū ibi fore credit. Vt ad priora redeamus. Hircanos & appos Nardus fluuius (vt inquit Dionysius) inundans: ac placidis discurrēs fluctibus. Dercebios q̄q & Bactros irrigat: ꝑ maximis delictis qdē neminē iterficiūt: sed in exiliū cum filijs mittunt: inquit Strabo. Derbices ecōtra quos Dercerbios ꝓ minimis quibusq delictis iugulant: tellurem venerant: fœmineū nullū sacrificant: nec edūt. Iugulant eos qui septuagesimū anuū excesserint: q genere ꝓximi sunt: eoꝝ carnes absumunt. Anus aūt strangulant: deinde sepeliūt. Eos qui citra septuagesimū annū obierūt nō edūt: sed sepulturæ mandāt. De Bactris scribit Solinus hæc. Bactri camelos mittunt: licet Arabia plurimos gignat: habent in duplex ministeriū: Sunt alij oneri ferendo accomodati: Alij ad ꝑnicitatē leues: Sed nec illi vltra iustū pondera recipiunt. Sitim etiā in quadriduū tolerant: verum cū occasio bibendi data est tantū implent: quantū & satiat desideria præterita. Turbulētas aquas captāt: puras refugiūt. Deniq nisi scenosior liquor fuerit: ipsa assidua ꝓcuratione limū excitant: vt turbet. Durāt in annos centū. Post Dercebios ad Orientē versus trans Araxem Massagete positæ: quoꝝ (vt inquit Anthonius) studiū ē

Nardus fluuius
Dercebij.
bactria cameli
Bactri
Massagete.

vt continuo sagittãdi casu conterant: infestissimi admodũ ho-spitibus: Neq͂ cũ vicinis populis vllam seruare diutius ami-citiã: neq͂ fidẽ possunt. Frumẽti ac vini vsum prorsus ignorãt Bibunt lac cum equorꝝ sanguĩe mixtũ. Ex his (inquit Strabo) alij mõtes inhabitant: alij campos: alij paludes: quas flumina efficiunt: alij insulas. Quæ in paludibus sunt: vtũt vxoribus aliorꝝ. Idq͂ haud occulte genus mortis apud eos optimũ iudi-catur: vt senio cõfecti: in frustra cædunt: & cũ ouillis carnibꝰ ꝓmiscue edant. Eos qui morbo moriunt: vt impios abijciunt & dignos q͂ a feris deuorent. Equites ac pedites optimi sunt: vtunt arcu: gladio: thorace ac securi ærea: aureas zonas ha-bent: et dyademata in gladijs. Aurea equourm frena: et aurea pectoralia. Argenti apud eos non est: ferri parum: ære atq͂ au ro abundãt. Qui insulis habitant: cũ semine careant: herbaꝝ radices edũt: & agrestibus vtunt fruticibus. Vestis est eis ar-borꝝ cortex: Pecudes enĩ nõ habẽt: ex ꝑsso arborꝝ succu bibũt Qui paludes habitant: piscibus vescunt. Mõtani agrestibus fructibus vtunt. Oues habent: quas tamẽ minime occidunt. lactis ac lanæ gratia parcentes. Tantũmodo solem deũ putãt: atq͂ illi equũ mactant. Singuli singulas ducunt vxores. Tum vero magis ad Boream versus Corasini tenẽt: quibus statim Sugdia succedit tellus: cuius ꝑ mediũ Oxus dilabẽs: Hormu-lo monte relicto: qui Caspiam decurrit. Sacce deinde tenẽt po tissimũ circa ripas Laxarte fluminis positi populi: & ipsi arte sagittandi peritissimi: & adeo continuo vsu eruditi: vt non vi-deantur posse a quouis alio vinci: neq͂ adæquari. Turpe enĩ admodum iudicarunt: si quis ex eis sagittam in cassum emitte ret: neq͂ feriret signum. Hic deinde Tochari admoti sunt: Tũ Phurij & Seres gẽtes prorsus barbare: nec vllius rei doctæ di-sciplinæ (inquit Anthonius) neq͂ vllius rei studio aut cultui deditæ: sed tantum per deserta vagantes: flores quosdam le-gere dicuntur: quibus vestes sibi varijs coloribus intingunt. Easq͂ sibijpsis mira conterunt arte: atq͂ in ea referũnt eas ara-neas superare: De quibus Solinus: Qua ab Scitico oceano & mari Caspio in oceanum Aeoum cursus inflectitur. Ab exor dio huiusmodi plagæ proinde Niues illorũ longa deserta est. Post Anthropophagi gens asperrima: sic in tractu eius ore q͂

Corasini
Sugdia
Oxus fluuius
Hormulus mõs
Sacce populi
Laxarta fluuius
Tochari
Phurij
Seres
Aeoum
Anthropopahagi

spectat æstiuum orientem: primos hominum seres cognoscimus qui aquarum aspergine inundatis frondibus vellera arborum adminiculo depectunt liquoris & lanuginis teneram subtilitatem. Hoc illud est sericũ in publicũ vsum datũ & quo ostẽtare potius corpora q̃ vestire. Primo fœminis nũc etiã viris psuasit luxuriæ libido. Sũt etiã & alij ex Scitharũ genere q̃ plures ppli: quorũ noĩa & mores prorsus incognita ꝑstitere: cũ ad eos difficillimũ aditũ fecerint: aspitates locorũ et aeris illius inclæmentia atq; asprimi rigores: qbus regiones extrema cõiectæ: continuis ꝓpe torporibus infestant. Hæ sunt igit̃ gẽtes illæ: quas dixi circa Caspiũ ad boreã occupasse Dicam mõ de his quæ ad occidentẽ ꝑsæ & Colchide: & Phaside vsq; ad ma maris Euxini litora insedere. Byceres igit̃ primi erũt: atq; his ꝓximi Bechires: & Macrones: Sunt aũt hi oẽs (vt inqt Strabo in. 12.) agrestes hoĩes: Horũ nõnulli sup arboribus ac turribus habitant. Vnde antiqui Mosineos appellauere: Turres enim Mosini vocant̃. Hi ex ferina carne & fructibus viuũt: atq; ex lignis desilientes: pegrinos adoriunt̃ iter agentes: Quidã ex his Barbaris Bisares vocant̃. Ac deinde sunt Phillires. qui ciuitates & casas ligneas quas olim sibi condiderãt adhuc tenẽt His adiacẽt Tibereni præstantissimi ouium cultores. Tum etiam his assident Chalibes: hominum genus durissimũ: qui quoniam eam regionem sunt consecuti: qui nulli prorsus ob ariditatem apta cultui. In ea quã didicerunt arte mirifice profecerũt. Nunq; enim in laborãdo ferro parandisq; ad bella armis a malleis: neq; incudibus vacant. Totaq; illa regio fumo contecta: ardere igne videtur: & ferramentorum structuris ictibusq; inhorrere. Hi olim Chaldæi dicti scd'm Strabonem In quorum terra sunt metalla nunc ferri: prius etiam argenti Imminent continuo montes metallis pleni ac siluis. Restat ergo: vt metallorum operatores ex metallis viuant. Tum vero Assyria sequitur: quam Termodoon amnis a mõte dilapsus Armeno perlabitur: atq; inde vsq; ad Amaçones celeri statim proripit̃ cursu. Circa fluminis ripas Cristallũ cedit̃ cãdidissimũ qdẽ & purissimũ q̃si glaties. Ibiq; ĩuenit̃ & Iaspis lapis: nec lõge admodũ. Iris quoq; & Halis dilabãtes in vniuersam illã regionẽ irriguã & amœnam reddunt. Verum vterq;

Sericũ | Byceres | Bechires | Macrones | Mosinei | Phylires | Tybareni | chalibes | Chaldæi | Assyria | Termodoon | Armeũs | Cristallus | Iaspis | Iris | Halis

Carābis	a monte Armeno: vnde oriunt̄ ad Boreā versi Carambidos
Paphla-	ꝓpe collē lambunt. His ꝓximi sunt Paphlagones: adiecti ma
gonia	xime litoribus. Tum etiam sacra illa Mariādinoꝝ regio: vbi
Mariādi	dicunt rapidū illū quondam tricipiteꝗ canem ab inferno Di-
noꝝ re-	te raptū magnanimi Herculis manus deuicit: spumosū quod-
gio	dam virus euomuisse: qd' vniuersam illam regionē infecit. Ve
Bithinia	rum his ꝓxima est Bithynia: læta quidē regio: atꝗ omni refer
Rhebas	ta vberta e: Quā Rhebas amnis amœnissimus ꝓfūdit gratissi
	mis aqs: donec ī pontū iuxta ceciderit: qbus nec vllus cæteris
	in terris amnis iocūdior: neꝗ q magis ad voluptatē delectati-
	oneꝗ conspicit̄. De qua Bithynia Solinus: opulenta inquit ac
Hylas	diues: ante Bebrycia dicta: In ea Hylas lacus: in quē cecidisse
	credunt delitias Herculis: Hilam puerū nymphis rapinam. In
	cuius memoria vsꝗ ad hoc solum in tripudiatione lacum po-
	pulus circuit: & Hilam voce clamitat. Virgilius.
	Clamasset vt Hila: Hila litus om̄e sonaret. Hæ sunt gentes et
	populi; qui vt dixi occidentalē partem inhabitant. Illæ vero
	aliæ: de quibus ante dixerim Scithicæ sunt ad Boream conie-
	ctæ. Nunc vero dicendū est de tertia Asiæ parte: quæ & Ma
	ritima est: & Austrum conspicit: atꝗ cum in Hellespontū ꝓ-
	ficiscentibus iter ostendat: Meridionalē in primis ad Aegeū
Chalce-	mare aperit cursum: ac vsꝗ in Syriam ac Arabiam ꝓtendit̄.
donia	Chalcedones igit̄ primi se ad hostiū offerunt e regione ad By
bebrices	çantium intuentes: quibus ꝓpinqui Bebrices & mōtes Misiæ
Cais flu	Ex quibus amnis Cais iucundissimas aquas effundit. Inde ve
uius	ro magnus quidē minoris Phrigiæ tractus in Hellespōtū vsꝗ
	distendit̄. Altera autē interius sita est longe amplior: ꝑpe Sā-
	gari flumen. Hæc enim quæ amplior ad Orientē versa: ferax
	admodū pabulo ē: & equorū gregib⁹ copiosa. Altera ꝟo quæ
Ida mōs	ad occidentē spectat: sub gloriosissimæ Ide pedibus conspicit̄
	quæ Coribantū olim matris deorū Cybelis resonabat tynni-
	tibus. Virgilius. Hinc mater cultrix Cybele coribantiaꝗ æra
	Idæūꝗ næmus: hinc fida silentia sacris. Habet insup illud la-
Ilion	tus ilam ventosam & sæpius decantatam Ilion ciuitatē: olim
	amplissimā: & maximorū heroū procreatricē: quam ferunt a
	Neptuno & Apolline originē prætendere. Dehinc Argolicis
	flāmis erutā adeo: vt nostra tempestate parua eius monumen

ta: semiruti videlicet muri in æquoreis fluctibus adhuc suble- uant: Quā Troiam ferunt sitam ꝓpe Xanti: & Idei simeon- tis vndas: qui ex Ida fluit: sub Ilio currens: & ꝓpe mare Xan- to mixtus: facta palude apud Sicheū ꝓmōtoriū in mare cadit: Vnus ex fluminibus qui (teste Herodoto) defecerunt: potan- te Xersis exercitu. Apud quē ex Anchise Venus Aeneam cō- cepit: Anchise lanigeras pecudes custodiēte. Huic vero adia- cet Aeolia supra Hellespontum ad Aegei maris latera: in qua & Iones positi & Meander amnis illustris: ꝑ mediū mollibus dilabēs vndis: cuius regio tota (inquiēte Strabone in .13.) a ter- ræ motibus quatit̄: & aqua & ignis ductibus perarat̄. Terra hæc putris est: & salsugine plena: & facile igni corrūpit̄. Pro- pterea fortasse Meāder flexuosus est: quoniā Aluæus multas recipit mutationes: & multū limū deducēs: modo huic: modo illi ripæ adijcit. Seneca. Vbi Meander super inæquales labit̄ agros: piger & sterilis: Amne maligno radit & harenas. Vn- de Miletū & Priene in ciuitatē quæ prius ad mare erat facta: limi aggestione mediterraneā fecit: qđ q; magis ad Boreā ver- git: totū Ephesus maritima tenet: ciuitas quondā Dianæ de- gitiferæ dedicata: Vbi ferunt Amaçones olim super vlmi cu- iusdam trunco templum mirabilis artificij condidisse: pepe- risseq; : ob id admiratione & stuporē cunctis gentibus & sæ- culis Et Xerses cū asiatica tēpla igni deleret: huic vni pepcit. Verꝫ his ꝓxima est Meonia ad orientē sita sub altissimi Timo- li rupe: ex qua Pactolus amnis fluens: harenis aureis splendi- diorem patriam reddit. Ouidius. Deseruere suas nynphæ Pa- ctolides vndas. In cuius ripis cum ver aduenerit: tanta conti- nue cū modulatione cigni decantantes audiunt̄: qui passim ꝑ vndas errantes in ripis depascunt̄: vt nihil iucūdius possit au- diri. cum circa ripas illius quotidie magis pabulamenta con- crescunt: & etiam emanat Enister iucundissimis vndis. Muli- eres quoq; ꝑpulchras parit: quæ nōnunq; de more succinctæ deauratam ad lumbos coronā inter se circū exultant mirabi- les in gyram choreas ducentes: cū potissimū choros & statio- nes Dionysio facere singulis annis consueuere: vbi admixtæ floretis ætatis puellæ tanq; lasciuiētes caprioli inter se saltitāt: & colludunt. Pariuntq; inter saltandū non mediocrē spectan-

Xantus
Simois
Sicheū ꝓmotoriū
Rheteū ꝓmontorium
Aeolia
Ionia
Meāder
Priene ciuitas
Ephesus
Xerses rex
Meonia
Pactolꝰ fluuius
Cigni
Enister

tibus voluptatē: cū & cōmota a ventis paludamēta & saltan-
di ordo videant: sonitum quendā haud iniucundum efficere:
qui audientiū mentes maxime afficiebat. Sed hæc lasciuis ho-
minibus ommittamus: quorum studiū est: vt cum voluptuo-
sam sortiti sunt regionē: voluptatibus etiam ipsis vacēt: neq;
a patria aut natura degenerent. Audiamus & Strabonē in. 13.
De Meonia. Hæc regio est quæ exusta dicit: Quingētorū sta-
diorum longitudine: latitudine quadringentorū. Siue ea Mœ-
sia siue Meonia nominanda sit: nam vtroq; modo dicit. Ea to-
ta arboribus caret: præter vitem: quæ exustū vinum fert: Ita
elegans: vt nulli cedat: sūma camporū facies cinerulenta est.
Montana petrosa & nigra tanq̄ exustione quadā. Quidā pu-
tant hoc ex crebro fulminum iactu aut fulgurum contingere
Nec dubitant quæ de Typhone dicunt: hoc in loco sepulto.
De Timolo inquit Strabo. Timolus mons fœlix: ac croco flo-
rentissimus: vnde fluit Pactolus: qui olim multa auri ramen-
ta deferebat. Tibullus. Nec me regna iuuant: nec Lydius au-
rifer amnis. Ac Lycij deinde & ipsi litora tenent: Vbi potissi-
mum Xantus perlabitur: ac Thaurus mons iam vsq; in Pan-
philiam declinare paulatim incipit: At eius nomē imutauere
vt non amplius Thaurus: sed Tragus appelletur. De qua di-
cit Solinus. Qꝫ in Campania Vesunius: in Sicilia Aethna: in
Lycia mons est Chymera: qui nocturnis æstibus fumidū ex-
halat. Vnde fabula triformis monstri in vulgum data est: Qꝫ
ibi Chymeram animal putauerunt: & ibi natura subest ignea
Tum vero Panphiliæ ciuitates sequuntur: Corycus & Perge:
& quæ ventis maxime est subiecta Phaselis. Hi panphilij (vt
inquit Strabo) multum Ciliciæ nationis participes: non om-
nino abstinent a latrociniis: nec finitimos sinūt inquiete viue-
re: q̄q̄ australes partes radicis Thauri habitant. Panphiliæ vr-
bes tenent loca edita oleis plena. Ad Orientem versus Lycao-
nes positi: viri & ipsi prompti ad bellum: & sagittandi vsu pa-
ratissimi. Eorum regio (inquit Strabo) frugibus abundat: p̄-
sertim frumento: ac omnis generis pecore. Quæ cum ponto
australior sit: frigidior tamen est. Lycaonum colles pro pascē-
dis onagris apti. His admoti sunt Piscidei: quorum hæ sunt p̄-
cipue ciuitates Termesus; Lyrbe; & Selga vrbs; quæ (vt inq̄t

Meonia
petrosa
Timol⁹
Pactol⁹
Thaur⁹
Xantus
Vesuni⁹
Aethna
Chymera
pāphilia
Corycus
Perge
Phaselis
Thaur⁹
Lycaōia
Onagri
Pissidea
Termesus

Strabo) a Lacedemonijs ab initio condita. Mira profecto est hæc locorum natura: cum in sũmis Thauri partibus locus sit adeo ferax: vt multa hominũ milia possit enutrire. Plæraq lo ca ibi oleis & vitibus consita sunt. Et oĩm pecorũ pascuis abũ dant. Circum imminent siluæ varia materia plenæ. Plurimus apud eos storax nascitur. Tum vero ad ortũ Cilices versi quo rum regio multis fluminibus irrigatur: Haud ĩ ea quidẽ exor tis patria: sed quæ a longe pfecta influxerũt: quorũ tres cæte ris præstant. Pyramus: Pinarius: & Cydnus: q vnus mediã p Tarson dilabens ciuitatẽ: multis clarissimis ædificijs insignẽ: amœnissimis vndis intersecat: vbi quondã Pegaseũ illũ equũ decantatissimũ ferunt vngulã reliquisse. Inqt Solinus Cydnũ amnẽ ex alueo Coaspidis deriuari: q Coaspis ita dulcis est: vt Persici reges qdiu inter ripas Persidis fluat: sibi ex eo pocula vendicarũt. Multæ deinde aliæ Ciliciæ ciuitates spsim cõspi ciunt: ex qbus & Lernessus & Malos ad mare cõiectæ circa Coricium Ciliciæ Crocum plurimũ optimũq det: Licet Sici lia det & Lycia. Hoc primum est: spirat fragrantius: caloreq plus aureo est: Ibi Corices oppidum: & specus qui montẽ im positũ mari a summo cauat vertice. Patulus hiatu amplissimo in terræ profundum næmorosus. Descensus in eum per duo milia: & quingẽtos passus. Comagena deinde his admota est regio: & Syriæ ciuitates. Spaciosa & ampla ad maris vsq li tora deflexa. Sed eius tractus qui est ad Orientem versus ad vsq montis Casij pedes protenditur. Si quis enim huius sitũ & formam recte perceperit: reliquas etiam Asiæ partes facile poterit studio & diligentia percipere. Nam eius forma cum ex quattuor constat angulis: qui ad Orientẽ est: tractus cæte ros nimirũ excedit multitudine. Diximus enĩ vniuersam Asi am bifariam diuisam: atq vsq ad Indum montem porrigi. Qui quidem mons vnicus est ipsius terminus. Ex eo potis simum latere quod magis ad Boream vergitur: Et Nilus al ter ex eo quod vertitur ad occidentem. Reliquus vero Oceа nus ipse qui Indicus appellatur: ab ea quæ ad Orientem spe ctat parte: terminariq ad Austrũ mari rubro. At Syria deq di cebamus: cũ intra illius ppe viscera sit iniecta: atq ad Austrũ versus: & ad Orientẽ mare ipsum attingat: Multos spsim co

Urbe Selga | Storax | Cilicia | Pyramus | Pinarius | Cydnus | Tarsos | Coaspis | Larnessus | Malos | Coriciũ | Crocus | Corices | Comagena

versus ciuitates habet: quam quidē partē quoniā humilis est:
atq; oppressa: duobusq; vallata montibus altissima: ab occi-
Libanus dente quidē Casio & ab oriēte Libano: vbi Essenij populi de
Casius quibus Iosephus Hierosolymitanus: quos Plinius æternā gē-
tem vocat. Casius (inqt Strabo) mons est accumulatū in ꝓ-
mōtorij modū: aquarū inops. In eo magni Pompeij corpus ia
Idumea cet: & Iouis Casij templum. Inde (auctore Solino) Idumea in-
regio cipit: palmis opima: quæ & Nabathea dicit̄. Hæc qdē Syria
Naba- quoniā aptior visa omnibus fuit (inquit Anthonius) & fera-
thea tior ad ꝓducendas fruges. Tū etiā longe cæteris ad nauigādū
cōmodior. Multi ex ea regiōe qui potētia & diuitijs pollebāt:
eum locum sibi ad habitandū elegerūt: ciuitatesq; & oppida
sibi cōdiderunt. Nam q magis intra cōtinentē loca sortiti sūt:
vno vocabulo Syrij sunt appellati. Qui vero ad mare diuerte
Phœni- runt Phœnices Qui quōdā ab Erithreis ꝓfecti primi fuisse di
tia cunt: qui mare nauibus pertentarūt. Primi etiā qui pceperint
hunc mercandi vsum: quo hoies ad cupiditatē & auaritiā ex-
citarent. Q uiue primi cœli: stellaꝝ: cursum: omniū superio-
rū motuū studio & ingenij magnitudine comphenderint. Hi
Ioppe enī sunt: qui Ioppen: Gaçam: & Eliciden incolūt. Qui vt Thy
Gaça rum illam ppulchrā & veterē ciuitatem habitauere: ab initio
Elicide q̄si cōditā: Auctore Stra. in. 16. Optīa purpura ac piscatio mu
Thyrus ricis: & cætera oīa: quæ ad inficiendas vestes ptinēt. Post hos
Purpu- sunt maritimā Biblon & ventosam Sidon condidere. Ad Bo-
ra streni placidissimi fluminis ripas: qui tripolim Ortosidem &
Biblas Marathon: & quæ ad mare coniecta est: Loodicen tenent ciui
Sidon tatem olim (vt dicit̄) a Neptuno cōditam. Sydonij insup (ingt
Tripol' Strabo) multaꝝ atq; opimaꝝ magistri artiū phibēt. Ad hæc
Orthosi optimi circa astronomiā & arithmeticā philosopi: qui a com-
de putatione: & nocturna nauigatione initiū habuere. Vtrūq;
Mara- enī mercatoꝝ & nauale est: quemadmodū ægyptioꝝ inuen-
thos tum Geometria phibet̄: ob agrorū dimensione: cum in his au
Loodice ctus terminos confundit. Hinc demū Apannū ipsam inhabi-
Sydonij tant infra cōtinentē. Vnde Orontes amnis ad Orientē versus
Apania Anthiochiā quoq; p mediū secat. At vniuersa Syria omi pror
Orōtes sus vbertate referta est: & ad alenda pecora pascuis & frugi-
Palestīa bus plena & copiosa. Hinc Palestina adiacet Iudæa. Iudæorū
udæa

historiam. Strabo in 16. scribit dicēs. Moses vnus ex ægypti- is sacerdotibus cum parte quandā regionis haberet: ac moleste fetret eorꝝ instituta: hinc eo cōmigrauit. Discedebāt cū eo multi: quibus diuina curæ erant. Docebat enī ille quō Aegyptij non recte sentirent: qui ferarū ac pecorꝝ imagines deo tribuerēt: Iuxta illud Iuuenalis Satyra qnta. Quis nescit Volusi bithynice qualia demēs. Aegyptus portenta colit: Cocodrillos adorat. Par hæc: illa pauet saturā serpentibus ibin. Effigies sacri inter aurea Cercopitheci: Illic cæruleos: hic piscem fluminis: illic oppida tota canem venerant: Nemo Dianam. Priorum & cepe nefas violare ac frangere morsu. O sanctas gentes: quibus hæc nascunt in ortis numina. Nec inquit Moses græcos recte sentire: qui deos hominum figuris insignirent: & qd solus deus esset: quod nos contineret: & terram: mare: cœlum: mundum: & rerum omnium naturam appellauimus. Cuius profecto imaginem nemo sane mentis nostræ similem audeat effingere. Ille hæc dicens hominibus bonis: non sane paucis id persuasit: & in eum locum deduxit: vbi nunc condita est Hierosolyma: quem locum facile obtinuit: cum minime esset inuidiosus: nec pro quo quisq̄ studiosus contēderet. Est enim petrosus: aquis tamen abundans: Circustantem vero regionem siccam habet & sterilem. Moses ꝑ armis sacra & deū proponebat: cuius sedem quærere vellet: & eiusmodi multū & sacrificium sese traditurum pollicebatur: qui nec impensa: nec afflatu: nec re vlla absurda eos perturbaret: & facile gentes omnes finitime ob propositam spem: & huiusmodi cōsuetudinem adhæsere. Successores vero aliq̄diu in eisdem institutis permansere: cum reuera iusti essent & religiosi. Postea cum sacerdotio præessent: primum quidem supstitiosi homines: deinde etiam tyranni ex superstitione instituta est carniū abstinentia: quibus adhuc abstinent: circumcisiones & excisiones: & siqua huiusmodi sunt alia. In Iudæa (inqt Solinus) Iordanis amnis eximiæ suauitatis: qui (auctore Strabōe) aromaticum & calamū fert: Gignit etiam balsamū. Est & ibi lacus Sara extensus passuū sedecim milibus circūseptus est: Lacus Tiberiadis his omnibus anteponit. Salubris ingenuo æstu et ad suauitatē vsu efficaci. Iudeæ caput fuit Hierosolyma: sed

Moses

Hierosolyma

excisa est. In hac tamen balsamū nascit: & luci balsama sudāt lōgo ab Hierosolymis recessu tristis sinus pandit: quē de cœlo tactum testat: humus nigra & cinere soluta. Duo ibi oppida: Sodomū nominatū: alterū Gomor. Ad huius regionis Austrū extremus arabici maris situs est aditus: qđ quidem interluit Arabiæ scilicet & Syriæ ipsius fines. Paulatim continue se ad orientē vertēs ptingit Elanos: vbi pciosissimi oīum regionum Arabes tenent. Ipsa enī altior est: & gemino præcingit mari Persico scilicet & arabico & gemino afflat vento. Arabicā enī Zephyrū deposcit. Persicū vero Eurū. Sed q̄ ipsi⁹ Arabiæ pars ad Orientē & Austrū spectat: rubro quoq; alluit mari. Dicā igit de hac regione quippiā (inquit Anthonius) cū gētes habeat: quaꝝ potentiā & diuitias cæteræ oēs admirāt. obstupescuntq; copiā & vbertatē. Nec id prætermittā: qđ cū plurimū sacris oblectet: nulla est sui ps: quæ nō tota fragret timiamate: aut myrrha: aut redolētib⁹ calamis: quæ passim ignib⁹ iniecta adurunt: Quis nō credit id verissimū esse qđ dicit: Iouē scilicet prēm illū & Dionysiū eius filiū ab occluso eius matris fœmore dissoluisse: & ad nascētis festiuitatē vniuersam illā implesse regionē huiusmodi: tā suauissimis odorib⁹: atq; tales oues: qbus nūc exuberat Arabia huiusmodi nrām tūc primū cōsecutā esse: vt tam densis: tā mollibus velleribus interpascendū cōtinuo vestiret. Ac lacus ipsos tantis aqs ac tāta piciū multitudie & varietate replesse: totq; arbores deserta reliqsse: atq; illuc ingruisse: secū afferētes pciosi illi⁹ cinamomi ramos: qbus nunc vniuersa pene nimia copia & vbertate diffūdat. Adde q & ipse Dionysius postq̄ natus creuit ætate capreoli pellibus indutus ac obauctus: camas: hædera implicitusq; pampinis & ppotus abunde mero: totam circūibat regionem multasq; vndiq; perfundens opes: non elargiri diuitias videbatur: sed seminare quo fructus parturet: nulla vnq̄ ætate perituros. Ideoq; ipsa regio tantis hucusq; floruisse muneribus dicitur: vt eius montes aurum pariant: & flumina conuehant argentū: eorūq; ripæ timiamate & fragrantibus redolent herbis: Atq; qui ibi victitant: magnas possident opes: neq; induuntur nisi paludimentis aureis aut sericis: q̄nobilissimis (auctore Solino) odores q̄s mittit plurimos: Sola thus mittit Ara

Sodomū
Gomor
Elani
Arabia fœlix
Myrrha
Timiama
dionisi⁹ bacchus

bia: Appellata est sacra: hoc eni significari inerptat. Ouidi⁹.
Nā modo thurilegos arabes: modo despicit Indos. Virgulta
hæc non sunt publica. Quicūq; dn̄atū istius tenent næmoris
arabici sacri vocant: qui cum lucos Arabiæ vel metuunt: vel
incidūt: nō funeribus intersunt: nō congressionibus mulierū
polluuntur. Hanc arborē ferūnt in torto esse vimine ramis ad
aceris qualitatē. Amigdali modo succū fūdere. Incidi in ortu
canis flagrantibus solibus. In ijsdem saltibus myrrha ꝑuenit
quæ patrem suum olim fugiens stricto sequentem ense: ꝙ in
eius amplexus illecebrosa libidīe stimulāte venerat a Venere
in arborem sui nominis mutata ꝓhibet. Hæc nuda. a pinguio
ri fluit lachryma sponte manans. Preciosior ex ea sudor est:
elicitus corticis vulnere vilior iudicatur. Ouidius in decimo
metha. Flet tamen & tepide nunc manant arbore guttæ. Est
odor & lachrymis stillataq; cortice myrrha. Nomen herile te-
net: nulloq; tacebit æuo. Idē arabes legūt cinamomū qđ frute
tū situ breui nascit ramo: hūili & repsso nūq̄ vltra duas vlnas
altitudinis. Apud eosdē nascitur auis Phenix: Aqlæ magnitu
dine: capite onerato: in conū plumbis extātibus: cristatis fau- Phenix
cibus: circa collū fulgore aureo. Postera ꝑte purpureus: absq;
cauda: In qua roseis pennis cæruleus inscribit nitor. Probatū
est quadraginta & q̄ngentis durare annis. Rogos suos struit ī
cīnamis. Lactantius.

Lactātius de Phenice

Construit inde sibi seu nidum siue sepulchrū.
Nam perit vt viuat: se tn̄ ipsa creat.
Colligit hinc succos & odores diuite silua.
Quos legit assyrius: quos opulentus arabs.
Cinnama dehinc aurūq; ꝓcul spirantis Amoni.
Congerit & mixto balsama cū folio.
Non Casiæ mitis: non olentis vimen Achati
Nec thuris lachrymæ guttaq; pinguis abest.
Protinus in strato corpus mutabile nido.
Vitaliq; thoro mēbra q̄ete locat.

Nabathea
Sinai
Calbasij
Aggeres
Chatramis
Minei
Sabei

Vex q̄ primā Lybani mō
tis frontē tenēt. Ipsi sunt q Nabathei sūt appellati. Oui. Eurus
ad aurorā nabatheaq; regna recessit. Qui aūt illis adherēt Cal
basij & Aggeres: ac deinde Chatramis tellus cōspicit e cōspe
ctu Persidis. Sed ad latus rubri maris Minei tenent & Sabe.
Apud hos (inquit Strabo in. 16.) thus & myrrha & cynamo-

mū nascit. Vir. India mittit ebur: mittunt sua thura Sabei. mi
balsamū nera etiā balsamū & alia quædā herba valde odorata q̄q̄ eius
Palma odor cito deperit. Habent præterea palmas odoratas & cala-
mum. Serpentesq̄ palmares colore puniceo vsq̄ ad ilia assilien-
tes quorum morsus incurabilis est. Homines propter magnā
fructuum copiam ociose segenesq̄ viuunt. In radicibus arbo
Aromata rum cubant. Multitudinis pars agriculturā exercet: pars aro-
mata mercatur: & indigena & Aethyopia nauigantes: ad ea
per angustias nauigijs ex corio confectis: & p̄fecto tanta sūt
apud eos aromata: vt p̄ fructibus & cætera cōbustibili natu-
Garrei ræ cinamomæ casia cæterisq̄ vtant. Hi atq̄ Garrei ditissimi
sunt ex mercatura. Supellectilē ex auro & argēto multā hn̄t.
Vasa lectos tripodas cratheras cū operculis: domosq̄ sūptuo
sas: Nā & portæ & p̄ietes & tecta ex ebore: auro: argēto: lapi
dibus incrustatis sunt distincta. Aromatiferā insup̄ regionē
(inq̄t Strabo in. 4.) diducūt p̄tes ex aromatibus thus & myr-
Casia rhā ex arboribus esse dicūt. Casiam vero ex lacubus: sed alia
quadā diuisione totā fœlicē regionē: in q̄nq̄ regna p̄tiūt: quo
rū aliud bellatores & oīum p̄pugnatores habet. Aliud agri-
cultores: a q̄bus frumētū & aliud portat. Aliud eos q̄ opificia
Cinamomū & artes tractant. Aliud myrrhā fert: aliud thus: eadē tñ & ca-
siā & cinamomū & nardū ferūt. Fratres ibi honore filios an-
Nardū cedūt: q̄ natu grādiores sunt. Qui ex eadē gente sunt regnāt
quæ possidēt: oībus cōsanguineis sūt cōmunia: sed natu grā-
dior dn̄s. Vna oībus vxor. In more hn̄t: vt q̄sq̄ baculū gerat:
q̄ prior ingredit: posito ante ianuā baculo cū ea cōgredit: q̄ p̄-
pter oēs oīum sunt frēs. Coeūt etiā cū matribus. Hæ sūt gētes
quæ Arabiā colūt: q̄s cōmemoratiōe aliq̄ digna iudicaui. Sed
tñ & aliæ q̄plures: sed siluestres q̄dē et ignobiles: neq̄ int̄ ara
bes aliquo studio aut moribus cōnumerādæ. Nam ad Zephi
Erembi rum versus prope Arabiæ ipsius extrema Erembi tenent. Ro
bustissimū hominum quidem genus agreste qui montana illa
colentes: intra tantū specus et prærupta saxa inhabitāt: nudi
prorsus: neq̄ q̄ppiā fœlicitatis humanæ possidētes: sed de sic-
cati nimia viuēdi asp̄itate nigrū colorē et adustā cutē cōtraxe
re. Et si mali aut aduersi q̄ppiā sūpuenerit: nō arma capiūt: nō
sagittas: nō tela vt alij: sed tāq̄ feræ p̄ colles discurrētes vagiq̄
ac deuij quasi insani circūfugiūt. Haud inaliquo reliquis ara

bibus similes: quos tot & tãtis muneribus natura dotauit. Ve
rum ab alio Libani latere qđ ad Orientẽ spectat: Altera pars
Syriæ aperit: quæ vsq3 ad Synopẽ maritimã extẽdit: In cuius
medio Cappadoces siti sunt: hoĩes sane qui ob equorꝝ copiam Cappadocia
& assiduam in eis exercitationẽ cõtinuũ equitandi vsum præ
stantissimi in ea re indicant. Eorꝝ regio (Strabone auctore in Equorũ copia
.12. Sicca est debilis & principũ negligentiã iminuta. Loca ve
ro circũstantia oĩno sunt sterilia & inculta: q̃q̃ campestria sint
Harenosa enĩ sunt & petrosa. Campi sunt igne exusti: & solũ
incensum ꝑ multa stadia: quapropter necessaria e longinquo
afferũt. Tota fei e Cappadocia lignis caret: quibusdã in locis
palustre est: & ꝑ noctẽ ex eo flãmæ consurgũt. Assirij vero ad Assyrij
mare positi Termodoõtis hostia obseruãt: ex quorꝝ mõtibus
& qui potissimũ ad Orientẽ conspiciũt. Euphrates amnis cla Euphrates
rissimus erumpit a monte primũ Armeno demissus. Sed cum
ex illis Assyriæ collibus longo decursu in Austrũ conuertit:
ac deinde aduersus solem inflexus: mediam inundat Babylo Babylõ
nem: quæ (auctore Solino in .16.) in campo iacens: muri ambi
tũ habet ad tricẽta & octoginta stadia: crassitudinẽ habet .32.
pedũ: viam suꝑ mœnibus tam latam: vt quadrigæ occurrẽtes
facile ꝑtransire possint. Constituta est quædã habitatio in Ba
bylonia: philosophis indigenis plurimũ circa phiam versan Caldei
tibus qui Caldæi appellãt. Omibus Babyloniorꝝ mos est ex
causa quadã in aliqua re venerea cũ hospite ꝑmisceri Babylo
nius ac Aegytius: vt idem Strabo in .11. afferit campus flumi
nibus: atq3 alijs aquis irrigat totus: quãobrẽ semꝑ herbidam
faciẽ obseruat: Iccirco vberrimus est. Adest illi præcipua ae
ris tẽperies vineæ manent infossæ quĩquẽnijs. Euphrates po
stremo ciuitatẽ Terebdonẽ lambens in Persicum mare celeri Teredõ
cursu dilabit: nec multo ad Orientis oram effluit. Tigris qui Tigris
neq3 minor est Euphrate. neq3 a quouis alio celeritate vincit:
Nam tanta ꝓripit velocitate: vt vna die tm̃ itineris pagat: quã
tũ vir acer & velox posset per septẽ discurrere: nec multo post
illius discursum cum illius planitiem quandã ꝑlatam offẽdat:
q̃si fessus itinere: ac tanq̃ qui cuperet a cursu paululũ cõqesce
re in q̃ndã globeã & circularẽ lacunã contrahit: quã thomidi
tam vicini vaocãt. Nec ibi diu cõgescit: sed a somno excitatus

excitaret: tederetq́ eius ignauiæ: repente exurgens longe ad-
huc ardentiore cursu proripit: Quæ autẽ inter Euphraten &
Mesopotamia Tigrim terra media est: ea Mesopotamia a græcis est appella
ta. Strabo in vndecimo. Tigris & Euphrates Mesopotamiã
circumdant: & apud Babylonios inuicem cohærent. Deinde
in mare persicũ emittunt: quorũ Euphrates maior est: & plus
regionis flexuoso alueo pcurrit. Fontes habet in parte Thau-
ri boreali: fluit ad occidentẽ per Armeniã minorẽ. Deinde in
Austrum flexus: confinijs iungitur Cappadocum: quæ ad de
xterã relinqt. Ad sinistrã Comagenorũ cõfinia Tigris ab eo-
dẽ mõte ad Euphratẽ accedit: ibiq́ efficit Mesopotamiã. Eorũ
fontes inter se distant ad stadiorũ duo milia & quingẽta. Me-
sopotamia huiusmodi regio est: vt nullus vnq̃ pastor (Scribit
Anthonius) neq́ qui cornipedem Pana fistula decantet pos-
sit eam aliqua in parte criminari: q̈ ad pascenda pecora lætis-
sima pascua non ferat: nec etiam vllus tam solers plantator il-
lius nascentis in siluis fructus incusabit: q̈ & varietate & mul
titudine & suauitate nõ præstent: cũ tanta sit in ea rerũ omniũ
nascentiũ copia: atq́ in augendis herbis ac producẽdis frugi-
bus vbertas: vt eam regionem beatam & fœlicem: & dijs ipsis
gratissimã æstimarent. Quæ vero pxima est: & ad Boream
Armẽia versus: & ipsa vberrima est: eam Armeni & matrẽ tenẽt: e cõ
spectu Euphratis positi: viri ipsi bellicosi & pugnaces: milita
riq́ disciplina eruditi. Tum etiã opibus & diuitiarũ copia ap-
Babylõ prime pollentes. Verũ ad Austrum est sita Babylõ: de qua di-
xi: quã dicũt Semiramim Mædorũ reginã: cũ bello antea regi
onẽ deuicisset: delectatã situ & locorũ amœnitate inexpugna-
bili muro cinxit: atq́ intra ciuitatis ipius arces mirabiles ædes
suo bello cõfecisse: q̃s vndiq́ auro & cãdidissimo ebore & ar
gento purissimo elaborabat. Regio etiã ipa admodũ insignis
ẽ & ferax: Palmas pit suauissimas: præ cæteris suaues ferẽtes
fructus. Parit & Berillũ: qui glauci est coloris: ac longe pcio-
Cissi sior auro. Verũ supra Babyloniã ad Boreã versus Cissi tenẽt
Massa- Tum etiã & Massabatheæ & Calonitæ: Sed ad mõtes Arme-
batheæ nos q Orientẽ spectant adiacẽt Medorũ tempe: quorũ q ad Bo
Chaloni reã sunt versi: Chelos appellant. Ad Austrũ vero qcũq́ ex ip
tæ sis Mædis præ cæteris floruerũ tenent: que ibi impiũ sibi & ci-

nitates cōdiderūt: Eos<ꝗ> ferūt quodā ex illustri ꝓgenitos ge- Mædia
nere fuisse Herione mulieris illius: quæ ex Osca integerrimo Cheli
rege nata: Pandionida filiū apud Illisij fluminis ripas venenis
interfecerat: q̄ quidē ex re cū ipsa pudore efficeret. Inde aufu
giēs ad eā: demū reginā ꝑuenit: quæ eodē est noīe appellata.
Haud tn̄ ꝓcul a Colchis neq<ꝫ> vnq̄ ausa est ob id scelerꝫ p̄riam Colchos
repetere: neq<ꝫ> ꝑentū cōspicere lachrymātes oculos: cū admo-
dū formidaret eorꝫ irā. Ideo<ꝗ> hoīes illi maxīe ad huc magicis
artibus: & diris veneficijs vtūt. Amplissimā enī regionē inco
lunt: & q̄dē multi montes tenēt: ex q̄bus maxīe orit̄ Narcissi- Narcissi
tes. Alij potius planitiē colētes: irrgua pascua & læta p̄dia si- tes flu.
bi delegerunt: Onusta passim multifariam pecorū gregibus:
donec peruenit̄ ad portas Caspias: quæ ad Orientē spectant:
atq<ꝫ> sub altissimis iniectæ montibus: aditū pariunt ꝓficiscen-
tibus in Boream: & in Austrū. Nam vna quidē via Hircania
petitur. Altera vero montes Persiæ. Medorꝫ est (vt inq̄t Stra- Persia
bo in vndecīo) reges multas vxores habere: pauciores aūt q̄ Medi
septē nō licet. Eodē modo ꝓditū est mulieres pulchrū sibi exi
stimare: vt viros habeant q̄plures: Pauciores q̄n<ꝗ> calamitatē
ducere. Verū sub ipsis ꝓpe mōtibus Parthi tenēt genus hoīm Parthi
bellicosissimū: & sagittādi vsu florētissimū: de q̄bus pauca di
cere haud importunū iudicaui. Sūt enī eiusmodi: vt nūq̄ effo
dere aut arare tellurē: aut q̄uis alio mō colere didicerint: neq<ꝫ>
nauigādo ad alienas vrbes aut mercādi sibi<ꝗ> habēt opes cōq̄
sierint. Neq<ꝫ> sunt qui inter eos armenta sequant̄: aut greges
alant. Sed cum primū p̄ ætatem possunt aut arcū manu cōtor
quent: aut sagittandi studio cōterunt̄: aut pedū cursu: aut eq̄-
tationibus cōtinuis exercitati mirabilē ad id sibi artē & disci
plinā efficiunt. Ouidi⁹ Gēs fuit & campis & eq̄s et tuta sagit
tis. Et circūfusis inuia fluminibus. Semp enī ea regio eiacula
tionibus et cōfractis lanceis: et sagttādi ictib⁹ stridet: semp cō
cursus equitū int̄ se cōcertātiū passim audit̄: neq<ꝫ> vlli fas ē cœ
nā adire: nisi prius certā labore totū illi⁹ corp⁹ in sudorē de-
fluxerit. Alunt̄ maxīe venationibus: q̄bus aut iaculādo cōse
quūt̄: aut sagittando: q̄ licet ob eā disciplinā & acerrimos mo
res insupabiles eē videt̄. A romano tn̄ impatore deuicti: fasci
bus obtēꝑare sūt coacti. Ouid'. Quid tibi nūc solite mitti post

terga sagittæ. Quid loca: qd rapidi pfugit vsus equi: Parthæ refers aquila: victos q̄q; porrigis arcus. Pignora iam nostri nulla pudoris habes. Dicam nunc in quot hoim genera regio illa distincta sit: quibusue fluminibus irriget. Ac demū qbus intercidat montibus. Soli eni sunt qui regiā dignitatē dicunt obtinere. Soli etiam qui cæteris dignitate & potentia præstāt Postu Meoniā & Sardiniā fuerunt depopulati: deinceps sunt aureis armis in bello vsi & phaleris: argenteisq; calcaribus se se exornarūt. Cum tanta huiuscemodi rerum copiam ex ea victoria cōnoxerint: vt effluere vndiq; diuitijs viderent. Verū

Persia — Persia ipsa tota altissimis vallat montibus initiū capiens vt dixi a portis caspijs: qua iter ad Austrū atq; vsq; ad mare protēditur: qd ab ea Persicū est apellatum. Tribus autē potissimū partibus est habitata: Nam quidam sunt septētrionē versi: ad extremaq; cōiecti: adhærerentesq; vmbrosis mōtibus. Medorum quidā in medio positi: q mediterraneā regionē occupāt. Alij e regione ad Austrum. q vsq; ad marē qd Persicū dixi extendunt. Primi eni sunt Gagæ: qbus Passagarde: & Tasci: &

Gagæ. Passagardæ Tasti Chorus Choaspersij Susa Achates — plæriq; alij adiacent: quorū regionem multi abluunt amnes: sinuosis vndiq; meatibus discurrentes. Ex vna eni parte Chorus dilabitur: atq; ex alia Choaspes: q cum ab Indo exit flumine: Susam ciuitatem irrigans: Achatem lapidem inter eius harenas cuiusdam cylindri prostratū: ac Lacteū ostendit: quē ex propinquis montibus torrens ad planitiem contraxerat. Fructus ibi ob tēperatū aerem semp viret. Nec nobis Persarum mores prætereundi sunt. De qbus Strabo in decimqnto. Reges habēt ex eadē stirpe: q illis nō paruerit corpore amputato & brachio proijcit. Ducunt vxores q̄plures: & multas pellices alunt propagandæ sobolis grā. Reges quotānis præmia proponūt his qui plures filios ediderint. Pueri ante quartum annum in patris conspectum non veniunt. Nuptiæ in initio verni æquinoctij celebrātur. Sponsus in thalamum procedit: comesto prius malo: vel Cameli medulla. Disciplinarū magistris doctissimis vtuntur: qui fabulas ad veritatē reductas inserunt cum cantu: & sine cantu: deorum atq; clarorū virorum facta referentes: congregant eos in vnum locum: æris sonitu ante lucem excitatos: tanq̄ ad arma aut venationē. Persæ insu

per laute cenant: integra & multa & varia apponẽtes: lecti & poculorum ornatus splendidissimus: auro & argento refulget. De rebus maximis inter vinum cõsultant: quas ibi firmiores putant: q̃ in sobrietate fuerint deliberatæ. Si notis & æquali-bus in via occurrãt: eos osculant̃. Si humiliores sunt: adorãt. At nunc de reliquo Asiæ tractu dicendũ erit: qui ad orientem versus vniuersum deinceps limitẽ illius ac finem pficiet. Circa igit̃ maris persici litora eam partẽ versus: qua orit̃ sol Carmani insidentis: haud longe a Perside regionẽ bifariam sortiti sunt: Nam ex eis quidã ad maris litora contulere: quidã maritima contemnentes: intra continentẽ præ cæteris loca delegerunt. Scribit Strabo in qndecimo. Onesicriti tradidit flumẽ esse in Carmania quod auri strigem ferat. Item argenti fossilis & æris venam. Hi ,ppter equorũ inopiã asinis in bello plurimũ vtunt̃: & asinũ Marti sacrificant: quem solũ ex omnibus dijs colunt: & bellicosi sunt. Nemo (vt idem scribit) vxorẽ ducit: nisi hostis caput amputatũ ad regem ,ptulerit. Et ex Caluaria in regia collocata linguã minutatim secans: pane pmiscet. Postea degustatũ ei qui attulit: & familiaribus edendam prebet: atq; ille præclarus est: cui multa capita sunt allata. Ex his Gedrosi ad Orientẽ versi: vicini sunt oceano: qui etiam Scitis illis adhærent: quos dixi ad Austrum versus iuxta Indum flumen: qđ duplici hostio e regione in rubrum dilabit̃ mare. Gedrosia (vt inquit Strabo in. 15.) fructuũ & aquarum inopia laborat. Nec multo melior est q̃ regio Ictiophagorum: quorum regio secus mare est. Magna ex parte arboribus caret: raritas ĩ ea palmarũ. Ictiophagi quos Alexander piscibus vesci ,phibuit (dicit Martianus) vescunt̃ piscibus. Tũ ipsi: tum eorũ pecora & aquas pluuiales potant. Pecorũ carnes piscibus prebent. Domicilia ex ossibus cetarum & hostræorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium vsus vsum costæ prebent: poras maxillæ. Pisces ad solem assant̃: postea ex his panẽ conficiũt: paululum frumenti admiscentes: nam & molas habent: ptim pisces crudos edunt: Capiunt eos rhetibus ex cortice palmarum factis. Sed vt ad Indum reuertamur anteq̃ in mare decidat: multa pcurrens opida & regiones: longum quendã & inflexũ limitẽ perrat. Oritur enĩ ex monte Caucaso ad septentrionẽ versus.

Carmania

Gedrosia

Patalene insula	sed in austrum se inflectens: Patalenem insulam gemino com plectitur brachio Ac deinde cum ad occidentem contorqat
Oritæ	cursum: Oritas & Erebas secat: & qui linea paludamēta indu
Erabe	untur: Arachotas tum etiā Satraidas ipsos plabit: ac eos om-
Arachote	nes qui ,ppe incolunt Parpausi fauces: quos oēs vno vocabu-
	lo Arienos vocant. Hi enī siluestrem admodū & incultam re-
Satraide	gionem tenent: cum harenosa sit: nec vlli prorsus apta cultui.
Parpausus mōs	Verūtamē quæ satis habeat ex sui natura: & excellentissimo
	quodā munere & singulari. Nā vbiq; Coralij lapides exoriūt
Arieni	& ex montiū venis: qui eam muniunt regionē: Saphyreæ cæ
Coralij	dunt crustæ: flaui quidē & fusci coloris. Ad orien tē sita est In
Saphirus	dia regio: sane licet omniū extrema: iucūdissima tñ: & in ipsis
India	oceani labris sita: quā sol cū primū incipit emergere: atq; ab
	oceano caput extollere: primā esse ferūt: quæ illius radijs illu-
	minat: & propterea nigros hoīes & crassos a natura ,pcreare
	comas ferūt dēsissimas: haud dissimiles iacyntho. Sed qm̄ ex
	plærisq; aurū eruit locis: multi ex eis inde quæstū aucupant.
	Alij telas lineas contexant. Alij sectos elephantū dentes abra
	dunt. Alij p fluminū decursus incidētes pquirūt: si q̄ inter ha-
Berillus	renas lucesceret gemma: Berillus: aut Adamas: aut forte qs-
Adamas	piam iaspis: aut si qua glaucea Topalus occurreret: aut inci-
Iaspis	deret forte in purpuream quandam sanguini similem amesti
Topalus	stum. Hæc sunt potissima (scribit Anthonius) eorum studia:
Ametistus	cum vniuersa illa regio perfusa sit ppetuis fluminibus: qui hu
	iusmodi opibus diuitem & pollentem patriam reddunt: fert
	etiam (auctore Strabone) Cristallum: carbunculos varios: &
Cristallus	margaritas. Sunt & horti ibi & arua perpulchra & læta: quæ
Carbunculus	vniuersum per annum vigent. De quo scribit Strabo in deci
	moqnto. Mogastenes Indiæ fæcunditatem ex eo maxime de
Margaritæ	clarat: q eam bis fructum ferre dicit: & bifariā nominat: quē-
	admodū Eratostenes: qui inquit alteram Hiberniam seuientē
	alteram æstiuam: quomodo & imbrem. Nullum enī annum
	inueniri dicit: vtroq; tempore sine pluuia: quapropter contin
	git annū feracē esse: cū semp terra sit fæcunda. Fructus arbo-
	reos multos gigni ait: arborū radices: pſertim magnarum arūdi
	nū & natura & decoctione dulces esse: aqua a solibus tepefa-
	cta tam cœlesti: q̄ fluuiali. India qdē multas arbores admira-

biles fert: e q̄bus vna ramos ad terram ꝓnos habet: frõdes vero clypeo nõ minores. Onesicritus q curiosius ea ꝓseqˀt: quæ sunt in terra Indiæ australissima: refert arbores quasdã ingentes esse: q̄ꝝ rami cũ ad duodenes cubitos creuerint: reliquũ incrementũ ꝓnũ faciũt deflexi: q̄usqꝫ terrã cõtingãt. Deinde terrã ingressi radices agũt: veluti ꝓpagines. Demũ rursus in trũcũ exeũt: a q̄ postq̄ aucti fuerint: inde flectũt: & aliã ꝓpaginẽ efficiũt: deinde aliã: et sic deinceps: vt ab vna arbore vmbraculũ fiat: tabernaculo multicolũnio simile. Narrat prӕterea mirã arborꝝ quorũdã magnitudinẽ: quaꝝ stipitẽ vix qnqꝫ hoĩes cõplecti q̄ant. Aristobol⁹ aũt de arborib⁹ dicit: quæ ramos habent deflexos: & de earũ magnitudine: vt sub vna arbore qnq̄ginta eq̄tes meridiari possint. Ille vero q̄dringẽtos ait. India multa medicamẽta habet: multas arborꝝ radices: tũ salutares tũ noxias: queãdmodũ & multos colores. India australis cinamomũ: nardũ: & alia aromata: queãdmodũ Arabia & æthiopia: cũ q̄bus sola ꝓsilis est: Ibi aer vdus & fæcũdus & valde nutritiuus: Eo modo & terra & aqua: q̄ ꝓpter animalia tũ terrestria tũ aquatilia apud Indos magna sunt. Priusq̄ vero de situ & forma ipsius scripturus sum: de septẽ Indorũ generib⁹ paꝝrump tãgere libet (auctore Strabone in. 7.) inq̄t totã Indiã in septẽ genera dispťitã: Quoꝝ primi philosophi honore ãncedũt Nũero ꝯo paucissimi sunt: vtũt eoꝝ vnoqꝙ priuati q mactant & sacrificãt: Publice vero reges in eo cõuentu qui maximus apud eos fit: cũ nouo anno incipiẽtes philosophi oẽs cũ rege ad venationẽ exeũt: & qcqd quisq̄s cõposuerit vel obseruauerit: eo anno de fructibus: de aĩalibus: de republica: in mediũ pferũt: vbi q ter mẽdax dephensus fuerit: ei ꝑ totã vitã ex lege silẽtiũ indicit. Qui ꝯa dixerit: imunis & omi tributo exemptus cẽset. Scd'm genus agricolaꝝ: q plurimi sunt & pacatissimi in maxĩa opandi licentia: & ĩmunitate miliciæ. Hi nec ciuitatẽ: nec publicũ negociũ: nec vllũ aliud munus attingũt. quamobrẽ eodẽ tpe alij pugnãt: et cũ hoste piclitanť: alij arãt vel fodiũt sine vllo piculo: cũ illos ꝓpugnatores habeant: et cũ regio tota sit regis: ipsi eã conducti operanť in q̄rta fructuũ pꝛte. Tertium genus est pastorũ vel venatorum: quibus solis & venari: & pascere pecora: & vendere iumenta: & locare licet.

Arbores altissime

Cinamomũ

Nard⁹

Septẽ genera Indorum

Pro eo autē ꝙ terram bestijs liberant: & ab auibus quæ semi-
na legunt: solatio a rege compensant̄: & vagi errabundiq͙ vi-
tam in tugurijs agunt. Priuato homini equū & elephantē ale-
Elephantū venatio re non licet. Vtrūq͙ enim regis possessio censet̄. Elephantum
enim venatio hoc modo fit. Locum aliquē purgatū quattuor
aut quinq͙ stadiorū ꝓfunda fossa circūdant: tū ingressum pon
te angustissimo iungunt: Hinc tres quattuorue elephantū fœ
minas ex mansuetis imittunt: ipsis in tugurijs insidiant̄: p diē
siluestres non accedunt: nocte autē sigillatim introeūt: q̄bus
ingressis: venatores clam aditū occludūt. Postea nōnullos ex
domesticis certatoribus fortissimos inducentes: cum illis pu-
gnant. Simul etiam fame eos macerāt. Cū vero iam defessi fu
erint: aurigaꝝ audacissimi clam descendētes: q̄sq͙ sui elephā-
tis vterū subit: atq͙ hinc subito siluestris vterū subeuntes: cō-
pedes illis conijciunt. Quo facto: domesticos exhortant̄: vt vi
ctos verberent: quousq͙ in terrā decidāt. Postq̄ ceciderint: bo-
uillis loris eorum colla cum domesticis alligāt: & ne ascenso-
res excutere possint: colla circūcidētes in cæsuris vincula im
ponunt: vt præ dolore vinculis cedant: & quiete agant: & ca-
ptis reliquunt̄ quicūq͙ vel senio vel iuuenta inutiles sunt: reli
quos in stabula ducunt: & pedibus inuicē vinctis: & collo ad
columnā bene compactā fame domāt. Deinde herba vel arū-
dine viridi reficiunt: hinc obtemperare docēt. Alij oratiōe: alij
cantu vel timpani sonitu. Rari sunt qui non facile mansuescāt.
Sunt enī a natura mites & māsueti: vt ad rationale animal pro
xime accedant. Quidā aurigas suos qui in certamine cecide
runt: ex prœlio eximunt: Quidam anterioribus pedibus vte
ro subiectos seruarunt adeo animal homini amicū: ꝙ si quē
ex magistris curatoribus ꝑ iram interfecerint: adeo illum de-
siderant: vt præ mœrore a cibo abstineant: Interdū etiam ad
mortem obdurant. Elephantes viuunt quantū longeui hoīes
quidam ad ducentesimū annū ꝑueniunt. Morbidi sunt & in-
curabiles: ægrotantibus oculis remedium est bouillū lac infu
sum: cum plures morbos vinum atrum epotū curat. Vulneri
bus butirū auxiliat̄. Ferrū enim extrahit. Vlcera suillis carni-
bus inurunt̄. Nearchus ait hic se vidisse formicaꝝ auriferarū
pelles: pardalis pelli similes. Megastenes de formicis ait apud

Derdas: quæ maxima natio est Indorũ montanorꝝ ad orientẽ expositorꝝ. Collem quedã esse triũ miliũ stadiorũ ambitu: & sub eo aurifodinas: quas formicæ effodiunt: vulpibus magnitudine non minores: mira celeritate: victum ex venatione cõparantes. Fodere autẽ terrã ꝑ hyemẽ: & ad hostium accumulare quẽadmodũ talpæ: talis auri strigilis ꝑua decoctione eget Eam vicini iumentis clam rapiunt Aperte autẽ non possunt ꝓhibentibus formicis: igne & pugnant: & fugantes insectant: quos cum dephenderint: cum iumentis interimũt. Nearchus hic & multitudinẽ & maliciã serpentũ admirat: qui ex campis ad eorum cauernas fugiũt. Visam ẽtiam dicit esse viperã fœminã sedecim cubitorũ. Nos in ægypto (inquit Strabo) vidimus eiusdem fere magnitudinis viperam inde allatã. Vt tñ incepta ꝑsequãt: Post venatores ac pastores quartũ genus ponit: eorũ qui artes exercent: Alij qui arma & naues fabricant: alimenta & stipendiũ ab rege habent: cui & soli operant. Nã tribunus militibus arma præbet: & classis præfectus: naues nauigãtibus & mercatoribũs precio locat. Quintũ genus est bellatorum: qui reliquũ tempus ociosi agunt: in locis ab rege constitutis: vt cum opus sit: cito exeant: nihil de suo afferentes præter corpora. Sexti autem præsides: quorũ numus est: vt quæ agunt inspiciant: & regi clam omnia renũcient. Hi in vrbe vrbanas meretriculas adiutrices adhibent: in castris vero castrenses. Hi sunt viri optimi ac fidelissimi. Septimi sunt consiliarij & regi assidentes: a quibus & magistratus & rerum omniũ administratio fit. Omnes fere Indi invictu frugales sunt. Ornatu plurimo vtunt. A furtis magnope abstinent lr̃as non norunt: sed memoriter omnia administrant: & ꝓpter simplicitatem ac vitæ ꝑsimoniã omnia eis ꝓspere succedunt. Vinum non nisi in sacrificijs bibunt. Potum ex orisa efficiunt sicunt ex ordeo cibos: in tumulis & sepulturis faciendis ꝑparci. Cultũ vero corporis nimij: Nam & aurꝝ gestant: & lapillis ornant: & sindonẽ candidissimũ induũt: & vmbrellas secum portant Nam pulchritudinẽ excellentes: omnia faciunt quæ ad decorandam faciẽ ꝑtinent. Multas nuptas habent: quas a parentibus accipiũt: alias obediẽtiæ grã: alias prolis ac voluptatis; Et nisi has castas esse cogant; fornicari licet. Si qua mũ

Derdæ populi

Formice magnæ.

Indorũ mores

Per regē occiderit: munus habet: vt cū illius successore iugat. Cum rex in locis septis venat̄: e solio sagittat. Assistunt duae tresue mulieres armatae. Cum in locis nō clausis venat̄: sagittat ab elephāte. Ex mulieribus aliae in turribus: aliae in equis aut elephantibus: quemadmodū & militant: omnibus armis exercitatae: quae ꝓfecto multum a nostris discrepāt. India primū ex tribus cōstat lateribus. Indus fluuius occidētalē ipsiꝰ interluit partem. Ganges vero ad orientē. Caucasus autem ad septentrionem. Multi hanc regionem clari & praepotētes viri coluere: haud quaq̄ in vno loco coacti: nec vno appellati nomine: cum quidam ex eis ad vnam concesserūt partem: & ad aliam alij: ꝓut eis natura ab initio & voluntas & consuetudo suppeditarit: Nam quidam ad Indum flumen se conuertere: & ipsi quidē Dardanes sunt appellati: qui iam potissimum ꝑtem tenēt: vbi Hydaspis amnis ad Cesinā ex scopulis fluentem: in ꝓprios recipit sinus. Hydaspis enī fluuius est amplissimus: & ad nauigandi vsum aptissimus: eam occidentalē plagam perlambens. Cui etiam propinquum est Cophes flumē: & eam partem candidissimis vndis perfundit: vbi Sabe positi sunt: ac etiam Toxilli & Scodri: & deinde Peucaneorū gētes: & qui Dionysium colunt Gargaridae: vbi Hypanis & Megarus aurū vehunt: ditissima omnium flumina. Ea enim ex monte Hemodo primū exorta: atq̧ deinde in gangeticam plagam versa. Tandem cūm ad austrum se flectant: prope Colidos insulam: quae oceano abluit̄: in mare dilabunt̄. Haec siquidem insula cum adeo erecta sit: vt neq̧ illuc aues aduolant. Ferunt etiā illā Veneri dicatā extitisse: nec lōge Ganges: ad quē Alexander vsq̧ processit: & in quo cetae sunt. Id flumen (vt inquit Strabo) & magnitudine: & latitudine: & profunditate remotius: q̄ iunctius veritati: Nam ꝙ maximū sit omniū fluminum: quae in tribꝰ continentibus memorant̄: est ꝙ post id Indum ponant: & tertiam Histrum: & quartum Nilum. Quidā minimam eius latitudinem triginta stadiorum dicunt. Minimam vero profunditatē viginti passuum. Aiunt (vt inq̄t Strabo) adductos fuisse quosdam carētes ore mites homines: qui circa Gangis ortum habitant: & vaporibus assarum carnium & fructuum a florum odoribus enutriuntur: & pro ore spira-

Indus
Ganges
Caucasꝰ
Dardanes
Hydaspidis flu
Cophes
Sabei
Toxilli
Scodri
Peucāei
Gargaridae
Hipanis
Megarꝰ
Colidos
Ganges
Cetae
Hister
Nilus
Trūcati hoīes

menta quædam habent. De aliis etiā ꝑmultis philophos nar/rare. De Ocipadibus: qui cursu equos præuertant. De Eno/tacœtis qui aures ad thalos vsqȝ dependentes habeant: vt sup eis dormiant: Adeo fortes: vt arbores euellant: & neruū fran/gāt Alios esse vnoculos: caninis auribus: crinibus erectis: pe ctore hispido: habentes oculum in medio fronte: qui naso ca/rent: omnia & cruda edere: & paruo tēpore viuentes ante se/nectutē extingui: & superiorē oris partē eminētissimā habere Nec eiusdem regionis philosophi nobis sunt prætereundi: de quibus asserit idem Strabo: allegans Megastenē: ꝙ q sunt mō tani: Bacchum celebrant: signa quedam ostēdentes: ꝙ non so lum apud eos agrestis vitis nascatur: & hædera: & laurus: & myrtus: & buxus: & alia semp virenti: quoꝝ nullum sit trans Euphratē: præter pauca quædā in ortis irriguis: & multo cul tu cōseruata: Bacchicū etiā ē sindonē & mitras gestare: & vn/guētis vti: & floribus cingi. Tympana & tyntinabula exeūtē regē præcedere. Cāpestres vero Herculē colunt. De philoso/phis quoqȝ idē Megastenes (vt inquit strabo) aliam facit diui/sionem: quoꝝ dicit genera. Nam alios Bragmanas nominat: alios Germanas. Sed præcipue Bragmanas ꝓbat: ꝙ cū græcis in opiniōibus cōcordent. Hi ꝗprimū cōcepti sūt: viros doctos curatores habent: q & mri cōcepto accedētes: quædā canūt i ꝓlis fœlicitatē. Sed reuera quædā cōtinētiæ ꝑcepta dāt mrēs libent eos audiētes: fœlices in ꝓle existimāt. Postq̄ vero nati sunt: alios atqȝ alios curatores sortiunt. Nā q̄ magis ætas ado lescit: elegātiores magistros hnt: & fert: & philosophus añ vr bē in luco exercere: intra cōpotū quedā circuitū frugalit viuē tes: sup thoris ac pellibus: ac ab aīalibus ac Venere abstinere: Seriis sermōib9 intētos: & cū volētibus audire cōicantes: Au ditori aūt nō licere: nec loqui: nec sternitare: nec excreare: vel die illa cetu explodi: & cū. xxx. &. vii annos sic vixerit in sua secedere: & laxius licētiusqȝ viuere. Sindonē induere: aurū in manib9 & aurib9 moderate gestare: et carnib9 vesci aīaliū: ab acrib9 & cōdimētis abstinere: Ex vxorib9 multas cape ꝓpagā dæ ꝓlis grā. Nā a plurib9 bona eueniūt plura. Dicit eni Brag/manos cū vxoribus nō phari: ne si imꝓbæ sint: aliquid qd ef/ferri nefas sit in ꝓphanos efferāt. Si probæ ne viros relinquāt.

Ocipades

Onotacœti

Hædera
Laurus
Myrtus
Buxus

Bragmane
Germane

Nam qui voluptatẽ aut dolorẽ: vitam ac mortẽ æque contem nit: subditus esse non patit̃. Item multa eos de morte dicere & hanc vitam esse putandã: quasi quendam viuidũ hominũ conceptũ. Mortẽ vero natiuitatẽ ad veram illam & fœlicẽ vitam his qui recte philosophati sunt. Iccirco eos multa exercitatione vti ad mortis præparationẽ: ꝑtim cum græcis sentire: vt ꝙ mũdus sit creatus: & corruptibilis & sphericus. Et ꝙ cõditor & administrator omnium rerum deus per vniuersum vadit. vniuersarum rerum primordia diuersa esse. Faciendi aũt mũdi initium aquam: & præter quattuor elementa quintũ quandam naturã esse: ex qua cœlum astraq̃ constent. De Bragmanis hactenus: ex germanis eos ornatissimos: vt qui siluicolæ appellant̃: ex eo ꝙ in siluis degũt: ex frondibus & siluestribus fructibus viuentes. Vestes ex arborum corticibus habere: vini & veneris expertes: Cum regibus de charis rebus interrogantibus ꝑ nuncios colloqui: & ꝑ illos diuina a regibus coli: & placari: post siluicolas in honore medicos esse: vt qui circa hoĩem philosophant̃: frugales quidẽ: non tamẽ rusticãtes orisa: de ordeaceis viuentes: quæ nemo rogatus illis nõ ministrat nemo hospicio non libenter suscipit. Posse eos & fæcundos facere: & marium & fœminarꝫ ꝓcreationẽ ꝑ medicamẽta præstare: medicinã plurimũ ꝑ cibos ꝑfici: non aũt ꝑ medicamenta Hæc de philosophis. Verum ad Gangẽ versus (inquit Anthonius) alius quidem locus eminet: qui ab incolis sacer iudicatur: ob admirabilem quandem rem ibi olim inuentam. Nam dicunt Bacchum olim cum fureret: illic consedisse: ibi teneras virium nebrides: quibus obtecti erant: qui sequebant̃ statim In aspides conuertisse se: & in ferrũ tyrsos: cincturas vero & capreolos in sufflãtes dracones mutatos: ꝓpterea: quia hoĩes illi eius sacra contempsissent: atq̃ horrerẽt eius mores: Tum vero timore omnes ꝑcitos: viam illam ꝓximam ab eo Niseam appellasse: constituisseq̃ vt vna cum eorum liberis coronati hædera sacra conficerent. Quo facto: tum gentes illas subiecit. Ouidius. Oriẽs tibi victus adusq̃. Decolor extremo qua cingit̃ India Gange. Montes aũt ipsum statim Hermodos cõscendisse: ad quorꝫ radices illidit̃: q̃ ad Orientẽ spectat oceaans: ibiq̃ supra eorum verticẽ tanq̃ ad alios terræ fines gemi

Germãi philosophi

Sacer Niseus

Hermodus mõs

nas infixisse columnas: imitatus Herculē. Sed hæ sunt gētes omnes ac nationes: quæ terrã ipsam tenent: & potissimũ quæ potuerunt aliqua sui excellentia & dignitate (inquit Antonius) ad nostram cognitionē peruenire: & si aꝗs p multas esse fateor: quæ quoniã varijs in locis constitutæ sunt: ac ptim circũmerrant: Nec vllum prorsus fixum habent locum: partim etiã ignobiles & obscuræ: vt etiam sine nomine pmanserunt. Non multi tamen faciendos esse iudicaui: quas neq; qui omnium cõscius est: præter immortalē deum dicere posse existimaui. Ipse enim solus est qui nouit omnia: Solus qui potest. Ipse est qui primus prima ipsius orbis fundamenta in orbem coniecit: & immensi maris aditum & semitam mortalibus patefecit. Quiq; vitæ huius cõmoditates: diuitias dignitates: honores præstitit: quive sidera discernens: vnicuiq; quã voluit sortem tradidit: Quibusdã enim vt terram colerent: atq; inde sibi diuitias atq; opes compararent. Alijs autē vt pelago acti aut piscarent: sibi victum aut mercimonia cõmutarent. Alijs vt scientiæ & philosophiæ studijs se dederent: atq; inde honores & laudes aucuperent: multis etiã vt cæteris præesset: Iuberent & pareret. Ideoq; nõ mirandum: si hoīes variã inter se sunt: non solum fortunam: sed & naturam consecuti: Cum videmus regiones & loca: eam quoq; varietatem adeptã postq̃ vna quidē lacteos homines parit: alia subalbidos: alia fuscos: alia prorsus adustos: aut multis similes floribus. quales Assyria generat. Sic enim ominum ille rerum opifex statuit: vt homines varij quoq; ingenij: ac multiformis animi & industriæ quemadmodũ & cætera nascerent atq; vnusquisq; sua contētaretur sorte.

Vos igitur o terræ omnes: & vos insulæ quæ mare colitis valete nunc præcor. Valete quoq; vos vndæ: oceani: & vos ponti sacri: fluctus: fluuij: ac fontes: næmora: & vos parui montes: valete & vos quæso. Iam enim vos omnes satis percurri: qui fueratis aliquam inter mortales famam aut nomen consecuti.

Erge liber sine me tenues venture sub auras
P Hinc vbi Sarmatico stringit̃ ora gelu
Qua quoqꝫ præerupto se tollit in aera muro
Structa sub vmbrosis regia Croca iugis
Nec te liuor edax autore exterreat orbum
Si quis in ignotis obuius iret agris.
Sentibus arreptũ: q̃uis iter impleat aspris
Perge: gradus tardet: nec mora perge tuos:
Tabida sæpe lues sub dumis serpit opacis
Inqꝫ viatores dira atonita vomit.
Pestis siq̄n lingua ferit illa trisulca:
Hæc tibi sunt placidis tela ferenda modis:
Non tu solus abis: traiectus membra sagittis.
Innumeri his iaculis saucia corda ferunt.
Virgilium Bauius: Flaccum odit Menius asper.
Fert licet æthereos vtraqꝫ musa fauos
Sollicita adijt Nasonis liuor amores:
Atqꝫ elegos tetigit culte Tibulle tuos
Barbaries cultos non solum habet ipsa perosos.
Qꝫ sibi non tantum nouit inesse boni
Verum virtuti iam dudum est æmula virtus.
Et comitem inuidiam fulgida pallas habet.
Nil manet in terris: ista qđ peste careret
Vsqꝫ adeo virus fudit amara nocens
Inuisa est catulo siluestris Damma sagaci.
Odit lanigeras & lupus asper oues.
Nictimenen odit pictarꝫ turba volucrum.
Odit & accipitres rauca columba vagos
Quid genus humanum memorem pecudum alituūqꝫ.
Liuorem ad superos nouimus isse deos.
Longeuum (vt memorat) veri haud ignara vetustas:
Egit ab æthereo filius axe patrem
Ista lues triplices tulit ad certamina diuas.
Inijcit: vt positis aurea mala cibis:
Frondifere hoc Ide tectat̃ aquatica vallis.
Vidit vt iratas p̱ næmus ire deas

Causa hæc agricolis: cur obruta pergama flāmis
Nunc sunt æquoreo semisepulta sinu.
Longa mora inuidiæ est oēs numerare sagittas
Ipsa cupidineæ est æqui paranda fauce
In genus omne vagos ericine natus amores
Torquet: liuorem hæc in genus omne iacit
Nil tibi sint igit̄ liuoris spicula curæ.
Spernecꝫ mordacis murmura scabra deæ.
Increpet ipsa licet latratus temne caninos.
Nil tibi quod prosit. nihilcꝫ quod absit habet.
Plus nocet ipsa sibi: dolor arduus intima siccat.
Viscera: & in maciem viuidus humor abit.
Sic sua|fata petit: manescꝫ aditura profundos
Sub phlegetonteas lurida perget aquas.

Hartmān⁹ de Eptīn. Canonī. suo Hein. Bebel Iustingeñ. Ordi-nario lectori po etices ī vniuersitate Thubīn. fœlicitatē optat.

Qu̅tā animi voluptatē cepim Heīrice mihi chariſſie: ex tuis iucūdiſſimis carminib⁹ & epl'a: nō facile dixeri. Sūt enī plena salib⁹ & elegātia. Op⁹ aūt illud Laurētij coruini mea opiniōe viri doctiſſimi gaudio me ſingl'ari affecit: q (vt eius ſcripta te ſtant) nihil ꝓrſus videt̄ ignorare: qd' cuiq; cōſumato ī bonis artibus viro ſcire contigit: q præter oīmodā totius coſmographiæ ꝑitiā tanta reddet eloqntia & orōis ſuauitate: vt mirū dictu ſit: hoīem in media (vt it ita dixerim) Barbariæ: & inter ferociſſimos Sarmatas educatū: tanta ſplēdere bonaꝝ artiū doctrina: Cui etiā nr̄a tēpeſtate aliquē vndecūq; virū vel in orationis elegantia: vel carminis ſubtilitate anteponere indigniſſimū iudicaui. Nō poſſum igit̄ nō cōgratulari: cū meæ: tū oīm ſtudioſoꝝ vtilitati: ꝙ tale opus nouit̄ editū: & ꝑ te e longinq̄ Sarmataꝝ regiōe allatū cuius facultati ſciaꝝ ſtudētibus adiumento eſſe poſſit nō mediocri. Si enī mirabiliū reꝝ: diuerſaꝝ regionū: inſulaꝝ: mariū: montiū: fluuioꝝ: aīaliū noīa: ꝓprietates: miracula libeat videre. Nullibi aliūde abundātius credi poſſe repiri: q in vno hoc libro: q oēm tabularū Ptolomæi materiā declarat: & in his nos inſtruit optīe. Præt̄ hæc ex oībus q modo aliqd egregie ſcripſerūt: in geographia ſuā ſcribēdi facultatē ſumpſit: non ꝓpria temeritate vſus: vt nihil ommiſiſſe videat̄: qd' ad cōſumatū coſmographū ſpectare ſoleat. Gaudeo itaq; plurimū hoc opus in mediū multoꝝ exire: vt eo feruētius nr̄a alemania exēplo Sarmataꝝ cupiat ſe in multaꝝ artiū rognitionē extollere: ſeq; penit⁹ a Barbariæ vindicare. In q hactenus (deoꝝ forſitan arbitrio aut poti⁹ ſideꝝ iniqtāte) verſata eſt. Sed ſurgūt & ſurrexerūt dijs gr̄as q exuta omī inculti ſermōis ſcabie: ſe cūctis alienigenis in admiratione ereexerūt. Hæc hactenus. Cū aūt nō ſim penitus a ſtudio coſmographiæ alienus. Volui etiā pījs lectoribus aliqd adiumēti p̄ſtare: q facili⁹ huius ſciæ cognitionē dep̄hēdere poſſint. Collegi igit̄ q̄ſdā generales figuras regionū ꝓ ſimplicibus: vt ꝑ has faciliorē agreſſū habeant ad totā materiā. Iohānis aūt Eſticampiani dictata: hoīs germani: & (vt tu ſæpi⁹ narraſti) viri in om

alias vocabatur Somerfeld. Silesius. Hujus Joannis Aesticampiani facit mentionem Henricus Cornelius Agrippa in epistolis folio 363.

ni gñe disciplinarꝫ clarissimi oratoris & poetæ piterꝗ̃ & phi
losopi & astronomi nr̃a tẽpestate oĩm: si nõ primi: tñ nlli scd'i
Siqñ ad te veniũt: sinas ad me ire: quẽ tãto pe semp cõmẽdasti
tibiqꝫ præceptorẽ ĩ pluribus dictis allegasti. Cui scribas præ
cor: vt aliqñ qddã suorꝫ scriptorũ & dictatorꝫ ad te ꝓdire sinat
Si hoc fecerit: te suã famã & decus longe lateqꝫ ꝑ germaminiã
diffusurum. Vale. H. E.

IDEM H. DE E. SVO HEINRICO.

Esine iam latium priscos extollerre vates.
Aeneadũ: doctos verba latina loqui
Iam pridem didicit: cultas coluisse ꝑ artes
Ingeniũ quondam Barbara terra suum.
Theutones in bellis gentes dominata ꝑ omnes
Turma: loqui magno cũ Cicerone queat.
Virgilios reperis: quis suaserit aurea vena
Ludere non deerunt impibusqꝫ modis
Pindaricos tractant exutis saxones armis
Et quibus hiberno tempore pauca dies
Sauromatas stimulat siluestres delphicus ardor.
Cum Neuris docuit carmina nosse geta
Croco polonorum gelido subiecta trioni.
Hic vbi lenisonas Histula versat aquas
Cynthius his missis: spargit sua munera delphis
Arctoos mirũ est: Enthea musa fouet
Abstrusos rerũm latices: stellantis & abdita cœli
Astrigeriqꝫ globi: discere abunde potes
Quicqd & humano potuit: comprendiet astu
Ingenioqꝫ: illic (te referente) patet
Stoicidũ quæras obscura sophismata. seu vis
Siue Epicure tuũ: dogma ve socraticũ
Hic quondã vigili sudabas nosse lucerna
Q uicqd Arestoteles: pyerides docent
Ingenij rari prima documenta iuuenta
Iactas: desidiam tempora sera fugent
Grande aliquid de te Bebel præsagio tantũ
Perge inter raros non reticende viros
Vale. H. E.

SVMMARIVM IN COSMOGRAPHIA PTHOLO.

Diuisio nr̄æ habitabilis

- partes
  - Asia
  - Africa
  - Europa
- maria
  - Indicum
  - Nostrum
  - Hircanum siue (Caspiū
- Sinus
  - Gangeticus
  - Persicus
  - Magnus
  - Arabicus
  - Aethiopicus
  - Ponticus
  - Aegei pelagi
  - Paludis meotidis
  - Hadriaticus
  - Propontidis
- Insulæ
  - Taprobana
  - Albion Britānorū
  - Aurea Chersonesus
  - Ibernia britānorū
  - Peloponensus
  - Sicilia
  - Sardinia
  - Corsica
  - Creta
  - Cyprus

Terminaẗ ps nr̄e habitabilis

- ortu: Terra incognita quæ ppl̄is Sinarū atq; Serū adiacet
- meridie: Terra ĩcognita q̄ Indicū pelag⁹ cingit: & q̄ agisnubā regionē amplectiẗ
- occasu: Terra ĩcognita quæ sinū Africū æthiopicum cingit: & deinde occidentali oceano cingiẗ
- A septētriōe: Oceano sarmatico & ẗra incognita ĩminet q̄ sarmaticæ: Scythiæ atq; Seris imminet

54

Sol fit sup̄ verti- ce in āno | Bis / Semel / nunꝗ̄ | habitātib⁹ | in tropicis / sub tropicis / extra tropicū

Habitātes intra / extra tropicos — Oēs nigri sunt: & q̄to magis ad æquinoctionalem vergunt: de tā to nigriores sunt. Remissiores colore sunt: & in al- bedinē tēdūt scd'm distātiæ rōem

EVROPAE .X. TABVLAE .XXXIIII. SATRAPY- os continet

prima — Ibernia insula britannica: credo iam Sco tiā dici: vel scotiā ptē esse Hiberniæ; Albion insula Britannia maior: nūc An- glia diciꞇ

Scd'a Hispania — Bethyca nūc regnū Granatæ; Lusitania nunc Portugalia; Tarraconensis nunc Catalonia

Secunda Gallia
- Aquitania — Francia; Burgūdia an̄ Heduoꝝ regio.
- Lugdunēsis — Francia; Normandia; Britannia minor; Turonia.
- Narbonēsis — Delphinatus siue prouincia
- Belgica — Flādria credo morinoꝝ regio ne fuisse; Picardia; Sequania siue comitatus Bur gundiæ; Lucçelburgia; Lothoringia; Aelsatia; Suicia olim heluicia

quarta germāīa
Franconia vel francia orientalis
Vuestualia
Hassia
Saxonia
Marchio
Thuringia
Misia
Slesia
Morauia
Bohemia

quinta
Rhetia iam Sueuia
Vindelica
Noricum
Pānonia sūpior nūc Austria
Panonia inferior Hūgaria
Styria quondam Valeria
Illyris
Dalmacia nūc schlauonia
Croacia. Liburniam olim dictam existimat Pius secūdus

saxta
Italia siue Latiū vel Aenotria
Corsica vel cyrnus græce

septima
Sardinia insula
Sicilia sicania vel Tinacria

viij. Sarmatia in Europa
Polonia
Massouia
Prussia
Lithuania siue Albarussia
vel Neuria
Curlandia
Samethia
Liuonia
Russia
Suetia vel Gottia orientalis

9. Hœsia
Iaçiges metaneste: nūc septē castra credo eos antea Bastarnas dictos
Dacia magna siue Balachia.
Supior ptī Seruia olī rasciana
Bosna prius Tribal
Inferior Bulgaria clia
Tracia
Chersonesus

x.
Macedonia: vel Aemathia: vel Pyeria
Epyrus nūc Romania olim Molossia vel Chaonia
Achia vel Tessalia
Euboia nūc Nigrapōtis
Pelonensus nunc morea
Creta nunc Candia vel Macoronesos propter coeli temperiem

AFRICA. IIII. TABVLAS. XII. PROVINCIAS CON tinet.

Prima. Mauritania Tinganica
Mauritania cæsariensis
secunda Numidia
Africa.
Cyrenaica q̃; & Pentapolis.
Marmarica
Libya
tertia Inferior.
Aegyptus
Thebais.
Libya africæ
quarta sup̃ ægyptum
Aethiopia
australior

ASIAE PROVINCIAE xlviij. xij. tabulis cõplectũt

Pontus
Bithinia
Assia minor Thurchia
Phrygia magna
Lycia
Gallacia
Prima Paphlagonia
Panphilia Isaura
Capadocia
Armenia minor
Cilicia
secunda Sarmacia asiatica: nũc Tartaria.
Cholchis
tertia Iberia
Albania
Armenia maior
Cyprus insula
quarta Syria
Syria phenicia
Syria palestina Iũdæa
.4. Arabia petrea
Mesopotamia
Arabia deserta
Babylonia
Assyria
Susiana
Mædia
.5. Persis
Parthia
Hyrcania
Carmania deserta
Carmania altera
.6.
Arabia fœlix
Margiana
Bactriana
7. Sogdiana
Sacha
Scythia ĩtra Imaũ mõtẽ
Scythia extra Imũ mõ
.8. tem
Serica
Aria
Paroponasides
9. Drangiana
Arathosia
Gedrosia
10. India intra Gangẽ
Sinarum regio
.11.
India extra Gangẽ
12. Taprobana

NOMINA MARIVM PER VNIVERSVM ORBEM.

Herculeũ
Ibericũ.
Balearicum.
Gallicum Ligusticũ circa ianuam & Pisam.
Tuscũ Thyrenũ circa Romam.
Sardoum.
Siculum.
Adriaticũ, id est, Venetum.
Ionium habent græci inter Achiã & moream
Aegeum.
Creticum.
Carpaticum.
Hellesponticum.
Proponticum
Bosphorum Thracõn, circa Constantinopolim
Cimericum
Meoticum circa Tartariam
Euxinum Ponticũ: Idẽ sũt lacus inter Europã & Asiã

OCEANI NOMINA.

Vergonium
Britanicum
Hypborium
Caledoniũ. (& saxoniã
Germãicũ circa Vuestualiã
Cantabricũ circa Galliciam
Aquitanicũ circa Franciam
Sarmaticũ siue Congelatũ
Cimbricũ.
Sabulosus põtus cir. Prusiã
Balthearus pontus intra Angliam & Daciam.

AFRICAE MEDITERRANEI NOMINA.

Atlanticum extremum est.
Numidicum
Libycum
Punicum
Aphricum
Aegyptiacum
Hespericum

ASIAE NOMINA.

Asiaticum
Syricum
Pamphylicum
Rhodiense
Ycarium.

INDICVM MARE HAbet quattuor sinus
Magnus sinus
Gangetinus
Persicus.
Arabicus
Barbaricus

τέλος